

BS85
.J29

♦♦♦♦♦
Theological Seminary.

PRINCETON, N. J.


Part of the
ADDISON ALEXANDER LIBRARY,
which was presented by
MESSRS. R. L. AND A. STUART.

BSB5.....

J29.....

J. Addison Alexander,

Schtr. 30. 1841.



BELLUM PAPALE,

SIVE,

CONCORDIA DISCORS

SIXTI QUINTI, ET CLEMENTIS OCTAVI,

CIRCA

HIERONYMIANAM EDITIONEM.

PRÆTEREA, IN QUIBUSDAM LOCIS GRAVIORIBUS HABETUR
COMPARATIO UTRIUSQUE EDITIONIS, CUM
POSTREMA ET ULTIMA LOVANIENSIMUM; UBI MIRIFICA INDUSTRIA
CLEMENTIS, ET CARDINALIUM SUPER CASTIGATIONE
BIBLIORUM DEPUTATORUM, NOTAS DUNTAXAT MARGINALES
LOVANIENSIMUM IN TEXTUM ASSUMENDO,
CLARE DEMONSTRATUR.

AUCTORE THOMA^V JAMES,

NOVI COLLEGII, IN ALMA ACADEMIA OXONIENSI, SOCIO, ET UTRIUSQUE
ACADEMIE IN ARTIEUS MAGISTRO.

NOVA EDITIO, E RECENSIONE

JOANNIS EDMUNDI COX, M.A.

E COLL. OMN. ANIM. OXON. ET PAROCHI ALDEBY,
IN ACRO NORFOLCensi.

"Argentum tuum versum est in scoriam: vinum tuum mixtum est aqua:"

Isa. i, 22.


"Aufer rubiginem de argento, et exibit vas purissimum." Prov. xxv, 4.

LONDINI:

HAMILTON, ADAMS, ET CO.;

NORDOVICI: C. MUSKETT; OXONIÆ: J. ABRAMS.

1840.



Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
Princeton Theological Seminary Library

<https://archive.org/details/bellumpapalesive00jame>

ERRATA.

Monitum: p. vi, line 24, for *patent*, read *pateat*.

Index: p. xxxiii, line 11, for *mistum*, read *mixtum*.

MONITUM.

IN his temporibus satis constare videtur, Ecclesiam Romanam maximâ operâ niti, et nervos suos intendere, antiquam et prepollentem potestatem suam rursum arripere et vindicare; atque profectò, in nullis aliis regionibus quam in Insulis Britannieis tantam aciem contentionis aspicimus, hanc finem assequi et comparare.

Si tanti certaminis causam et rationes querimus, satis constat, nihil aliud esse quam iterum omnes gentes potestati et voluntati Pontificis Romani subdere, et quasi jugo et catenis istius superstitionis, (omnis mali fontis et originis in Ecclesiâ Apostolicâ,) mentes et corpora Christianorum subjicere et domare: quamobrem abundè manifestum est, ut perniciem hanc totis viribus, et quasi triplici mentis ære, opponere debemus.

In annalibus hujusce Imperii, nulla tam præ-clara patent facinora, quam contra hanc vim et potestatem Ecclesiæ Romanæ cognita et vulgata

sunt. Dei providentiam summam et maximam in hoc communis fidei nostræ periculo convenit agnoscere, et supplicare supremum Auctorem, tales revocare homines et scriptores, et quasi ab inferis excitare, ingenii aptos, et sapientiâ et fortitudine præditos, qui, in aliis temporibus, hoc sanctum certamen susceperunt, et quasi fortissimi milites, ad corporis cruciatum, et usque ad ipsam necem, contenderunt.

Opusculum hoc T. James in istis temporibus emissum est, et, sacro flagrante bello, contra Romanam superstitionem, stetit et floruit maximum præsidium et auxilium. Mihi igitur videtur nullum opus magis idoneum et aptius esse iterum in lucem proferre, atque iisdem argumentis uti, quibus sancta nostra fides, Vera et Catholica, ut ab Apostolis et antiquâ Ecclesiâ olim tradita, defensa, et vindicata fuit.

Restat hujus operis originem breviter narrare. Latina versio sacrosanctorum scripturarum, (Biblia sacra,) populariter dicta St. Hieronimi editio Vulgata, decreta et recepta fuit, ut authentica, et veræ inspirationis digna Consilio Tridentino, anno 1545; sed annis labentibus, et longo tractu temporum editio hæc Vulgata multis corruptionibus et erroribus fædata et vitiata fuit. His maculis remedium opitulari Robertus Stephanus è prelo emisit ex-

imiam suam editionem Bibliæ sacræ, Vulgatae, annis circiter 1528, et 1540, et specialiter in annis 1545, et 1546. Stephani editiones, et posteriores duæ præcipue, gravissimâ censurâ Doctorum Sorboniensium prægravabantur, quam ob rem Joannes Hentenius, S. T. Professor Gallicus, novam editionem curavit et edidit, anno 1547, et in hâc editione, omnes labores, et omne acumen Stephani sibimet contulit, et quasi proprios suos reddidit; non necesse est dicere cum beneficio quam maximo sanctæ causæ veritatis Christianæ. Posthac editionem tertiam Lucas Brugensis emisit, cum auxilio et communibus laboribus aliorum Doctorum Lovanio, anno 1573. Vix fateri opus est, quod hæc tertia editio maximâ vigilentiâ emendata et correcta fuit, et iterum in lucem prodita, cum notis criticis ejusdem L. Brugensis. His laboribus Doctorum Lovanii, Sixtus V, in illis temporibus Pontifex Maximus, non omnino favebat; novam igitur recensionem, et cum codice sacro collationem, faciendam jussit, et suis ipsis manibus omnia ferè MSS., et paginas quasque singulas hujusce editionis corrigebat: editum fuit Româ, anno 1590. Codicem hunc, adeo curatum et recensitum, jussit et voluit ab omnibus ecclesiis recipiendum, et in perpetuo stabiendum. In proximo autem sæculo, editio hæc Pontificis maximi, tam celebrata et authenticiter gravissimo con-

silio decreta, reperta fuit multis erroribus et maculis laborare, et adeo inquinata et vitiosa, ut successor ejus, Gregorius XIV, istam decrevit editionem non amplius in usu accipiendo, et, post obitum Gregorii, Clemens VIII editionem Vulgatam prodidit, ut sibi visum est, majori fide dignam, et in communem Ecclesiæ usum plus aptam et accomodata. Eruditis satis cognitum est, quod hæc editio postrema magis similis est editioni Doctorum Lovanii, quam editioni Sixti V. Tanta hæc discrimina, has discrepentias, et mutationes, in periculum veræ fidei, (omni scilicet Pont. Max. sibi vindicanti editionem suam erroribus carere,) bene notavit doctissimus et celeberrimus iste vir, T. James, S. T. B. Anglicus. In memoriam tanti viri fateri debemus, quod maximo studio et eximiâ vigilantiâ, singulas quasque editiones inspexit et comparavit, et in hoc opere asssequendo summas animi vires impendebat, et multos errores, mutationes multas, discrimina haud perpaucā, discrepentias plures, multa addita, et multa errata et adempta inter editiones Sixtinas, Clementinas, et istam Doctorum Lovanii, invenit et indicavit.

Ut satis et manifeste patent ista Romanæ Ecclesiæ audacia, semper jactans quod in erroribus nullis incidere potest, animum meum induxi, hoc opus doctissimi T. James iterum in lucem proferre,

studiosissimè recensitum et correctum, et, ut valde spero, magis utile redditum. Ad hoc consilium assequendum comparavi et juxta posui codicem sacrum cum exemplariis Veteris et Novi Testamenti Sixti V, (Ed. 1590,) Clementis VIII, (Eds. 1592, 1593,) et cum editionibus Lovaniensibus, et cum codicibus sacris in Bibliothecâ Bodleianâ, Oxoniensi.

In hoc munere, si aliquid mihi met ipsi arrogare liceat, fateri non erubuisse, quod verbum cum verbo, literam cum literâ, patienter, et summâ vigilantiâ, studiosissimè comparavi. Quod editio hæc postrema operis viri eruditissimi in his temporibus utilis reperiatur, valde spero et desidero, ut valeat nunc ut olim multum ardeo et exopto, et hâc spe editionem hanc publicis manibus commendo.

Si labores nostri in hoc opere edendo prosperè eveniant, nihil plus precor et rogo, quod ut ad gloriam et honorem Nominis Iстius abundet, sine quo nullum laude dignum, nullum aut bonum aut sanctum, contingere posset.

J. E. COX.

Aldeby, in Ag. Norfol.

14 Cal. Dec. 1840.



REVERENDISSIMO
IN DEO PATRI
JOANNI ARCHIEPISCOPO CANTUARIENSI,
ET TOTIUS ANGLIÆ PRIMATI,

THOMAS JAMES PROSPERAM SALUTEM IN HOC SECULO, ET FELICITATEM PERPETUAM IN FUTURO, HUMILLIME PRECATUR.

JAM tandem, Archi-præsul in Deo et coram hominibus reverendissime, ad perpetuam pontificum Romanorum infamiam, reique tam nefariè cœptæ perfectæque memoriam, exegi monumentum: quod statuo ad pedes *Gamalielis*, hoc est, reverendæ paternitatis tuæ, tuique similium, ad quorum pedes me nutriri et erudiri cum *Paulo* (sed paulò negligentius) fateor patiorque. Equidem facturum me operæ pretium, cum opus hoc (à nullo quod sciam tentatum) primùm in manus sumerem, certò credebam: sed ut certior fierem, visum est communicare consilia cum eruditis doctrina, et provectis ætate: feci, consului, *Oxonиæ*, *Rainaldum*, *Hollandum*, duo luminaria magna illius Academiæ; *Londini*, *Baldgaium*, *Monfordum*, *Luidum*, stellas lucentes in firmamento hujus cœli: quid multa? opus probatur, judicatur non inutile; immò censem fructuosum, utile, necessarium. Quamobrem perrexì multò alacrius in cœpto itinere, nec refrœnari potui, aut volui, desideria mea, antequam satisficeret expectationi eorum, qui me currentem incitarunt, et quorum monita sequi mihi semper religio fuit,

et futura est. En igitur opus multorum nec dierum, nec horarum (nam unius mensis curriculo acta, transacta sunt omnia, liber scriptus, exscriptusque :) veruntamen sensi (expertus loquor) in tam parvo opere non parvos labores, et quod legenti erit (uti spero) gratum et jucundum, mihi scribenti fuit laboriosum et molestum. Quid ita ? quia necesse fuit ordinem propositum servant, quem mihi *Sixti*¹ arrogantia præscripserat, egregiè ineptire ; notando singula mutata, addita, vel detracta, discrepantia in aliqua parte vel particula ; ut nullus apex nec apicula in posterum in ulla editione reperiri posset, quæ juxta eam *Sixti* ad unguem non emendarentur. Hinc igitur commotus sum ut scriberem variam orthographiam, varios accentus, puncta varia, quæ minutiae sunt si ad illas monstrosas discrepantias comparentur, quæ tot tantæque sunt in illorum libris, ut in tantis magistris in Israel ferendæ non sint. Gravis controversia oritur inter Papistas et nos de *Hieronymi* versione : fuisse *Hieronymum* linguarum peritissimum constans et recepta est Protestantium et Papistarum omnium opinio ; et certo certius est, *Hieronymum* pro peritia sua in linguis, edidisse interpretationem Bibliorum omnibus suis numeris absolutam ; sed quæ sit ea, aut ubi sit, non convenit inter nos et Papistas, dubitatur adhuc, et adhuc sub judice lis est. Sed demus ultrò, quod invitis difficulter extorquebunt, editionem, quam vulgatam dicunt, hanc ipsam esse, quam *Hieronymus* olim à se scriptam per manus ad posteros transmiserat. Esto : Jam cum habeamus adversarios confitentes varias editiones vulgatas, à *Stephano*, *Hentenio*, *Lovaniensibus*, *Sixto* et *Clemente* variis temporibus et variis modis elu-

¹ Sixtus in Præfat.

cubratas, cedo, quæ Biblia volunt in tot dissentientibus Bibliorum editionibus pro veris, legitimis, authenticis, et indubitatis in omnibus publicis privatisque disputationibus, lectionibus, prædicationibus, et explanationibus recipienda et tenenda esse. Si *Stephani* industriam laudant, improbant labores *Hentenii*; Si *Hentenium* probant, irriti sunt labores *Lovaniensium*: Si *Lovanienses* diligentes fuerunt (et fuerunt certè) quid opus fuit gemina industria *Sixti*? Sed hîc, dicet fortasse aliquis, explodatur *Stephanus*, jaceat *Hentenius*, frigeant *Lovanienses*, at *Sixtus* audiendus est quia Papa, et quia Papa audiendus tanquam Oraculum; labi, errare, decipi humanum est; at Papa humanum nihil ad se pertinere putat, deus est, errare non potest, in causa fidei nec fallit nec fallitur: ac sanè si quis attenderet superba et portentosa verba *Sixti* in præfatione, facilè animum induceret suum ut crederet, à nato *Adamo* ad infantem jam editum, Solem non vidiisse scientiorem, præ quo omnes Pontifices qui sunt, fuerunt, aut futuri sunt sorderent: sed hæc verba sunt et verba tantùm, dicit sed nihil probat. Similes sunt *Lutheri* discipuli omnes, ait *Bellarminus*,¹ è quorum libris si jactationes, mendacia, scommata, maledicta, convitia tollerentur, ex maximis voluminibus vix libelli perexigui effici possent: videat *Bellarminus* utrum in *Sixtum* ejusque sequaces non recidat quod dicit. Item illud eodem loco;² de hæresiarchis plura dici possent, sed unum est vitium omnibus commune superbia. Sed ad reprimendum superbiam, et retundendum blasphemiam hujus *Sixti*, supra Deum et omne quod vocatur deus, se exaltantis, non opus est aliunde accersito auxilio à Calvinistis, Lutheranis, aut

¹ Bellar. contr. 4 tom. i, p. 328.

² Page 325.

Zuinglianis (sic enim per opprobrium pios appellant) satis erit supérque omnibus factum, credo, si Papam cum Papa, *Sixtum* cum *Clemente*, *Quintum* cum *Octavo*, ignorantiam cum scientia, tenebras cum luce, antiquitatem errorum cum novitate veritatis contendere faciam. Liquebit enim ex odio hujus comparationis (nam comparationes omnes sunt odiosæ) quām dispar et dissimilis sit ratio *Sixti* et *Clementis*; ait *Clemens*, negat *Sixtus*: ait *Sixtus*, negat *Clemens*. O ridendam discrepantiam, et crassam stultitiam Pontificum Romanorum! miseret me illorum, sed fortasse stultos nos putarunt cum ista scriberent; at multò stultiores illi qui eodem spiritu, hoc est, secundum pseudocatholicos Apostolico, divino; revera fanatico, impio, diabolico, spirant calidum frigidum; verum falsum: sed magna est veritas et prævalebit. Elucubravit ante annos plus septem Biblia¹ sua perpetuò valitura *Sixtus Quintus*, Pontifex optimus maximus: secundo post anno *Clemens* procudit novam editionem Bibliorum usque adeo contrariam priori, ut non cognoscas eandem esse: et tamen utráque recipienda et tenenda est. Utri creditis? confidentissimus de Bibliis suis *Sixtus*, metuens sibi de suis *Clemens*, arrogans hic, modestus ille, sed duntaxat modestus; mendax hic et ille: pro *Sixto* faciunt² *Lovanenses*, *Stephanus* bona ex parte, *Hentenius*, et quotquot editiones receptæ sunt in ecclesia Romana per spatium multorum annorum: pro *Clemente* nuda veritas Hebraica, Chaldaica, Græca. Apage igitur *Sixte* cum inveteratis et obsoletis erroribus; ad emendatiorem

¹ Sixti Biblia edita sunt anno Dom. 1590. Clemens emendavit et edidit anno Dom. 1592, in folio, et 1593, in quarto.

² Secus accidit in novo Testamento.

Clementis confuge Papista, tanquam ad portum et columnam veritatis hortante Jesuita. Quod si impetrare poterit *Antonius Possevinus*¹ à moderno Papa (quem-admodum gratiosus est et multùm potest apud eundem) ut pergere velit sanctitas ejus (si liberum beatitudini ejus tempus à negotiis gravioribus concedatur) in emendando et conferendo Biblia cum originalibus linguis in quibus scripta sunt, hoc est cum Græco fonte et Hebraica veritate, nihil veritus hœderam *Ionæ*, aut verba *Hieronymi*² de multa non mutando ad offensionem populi vitandam, magnam inibit apud omnes bonos gratiam tum ipse *Clemens*, tum etiam alii studiosi veritatis vera dicentem scribentémque cupidissimè sequentur. Interim velim et rogo, Apostolo monente, ut omnia probent, et quod bonum est teneant. Ita veritas eò aliquando unde vi dejecta est, restituta gloriosè triumphabit de inimicis suis, et tum demum vera erit alioqui insulsa et ridenda eorum gloriatio ;³ *Non sunt editiones nostræ ut editiones illorum, et inimici nostri sunt judices.*

¹ Ant. Possevinus Bib. selectæ, l. 2, c. 8.

² Hieron. epist. ad Suniam et Fretellam. Praefat. evangel. ad Damasum.

³ Bellar. I con. Gen. pag. 170.

SIXTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

ÆTERNUS ille cœlestium, terrestriumque rerum omnium conditor, ac moderator Deus, Ecclesiam sanctam, veluti deliciarum Paradisum, sua ipsemē dextera, tanquam providus Agricola, variis plantis, stirpibusque mirificè consevit, simulque uberrimo sacrarum eandem scripturarum fonte, pluribus quasi fluviis, in universum terrarum orbem diffuso, sic irrigavit, ut sancta mysteria, oraculaque divina, quæ sacris continentur libris, sicut in cunctarum gentium salutem parabantur, ita à tribus illis potissimum enunciarentur linguis, quæ in omnium auribus nationum maximè percreberunt, nec non sanctissimæ Crucis titulo consecratæ, Salvatoris nostri Regnum, Hebræis, Græcis ac Latinis literis prædicarunt. Verum callidissimus, ac nequissimus humani generis hostis, cuius invidia mortis aculeus, cuius superbia peccandi magisterium fuit, nullum non movit lapidem, ut cœlestem divini verbi sementem quantum in ipso erat, aut nascentem opprimeret, aut extirparet enatam, aut adultam vitiaret: id verò præcipuè omni conatu, ac machinatione tentavit, ut sacrorum quædam corruptissimæ Bibliorum editiones prodirent, atque ita impietas sub pietatis figura delitesceret, ac populis scoria pro argento, fel draconum pro vino, pro lacte sanies obtruderetur. Cumque non in Hæreticis tantum, sed in Catholicis etiam quibusdam, tametsi consilio dissimili, subortum sit nimium quoddam nec planè

laudabile studium, et quasi libido Scripturas Latinè interpretandi: idem malorum omnium artifex Satanus per illos, licet nihil tale cogitantes, ex hac ipsa tam incerta, ac multiplici versionum diversitate et varietate sumpta occasione, sic miscere omnia, atque in dubium revocare, et, si fieri posset, rem eò perducere contendit, ut, dum Scripturarum verbis diversi interpretes aliam atque aliam formam, ac speciem induunt, nihil in iis certi, nihil rati, ac firmi, nulla denique inviolabilis auctoritas sine magna difficultate reperiri posse videretur, ita ut hoc sæculo,¹ valde timendum fuerit, ne in priscum illud editionum Chaos rediremus, de quo B. *Hieronymus* inquit: Apud Latinos tot sunt exemplaria, quot Codices: et unusquisque pro arbitrio suo addidit, vel subtraxit, quod ei visum est; et utique non potest verum esse, quod dissonat.² Itidemque sanctus Augustinus dixit, *Latinos scripturarum interpretes nullo modo numerari posse.* Ut enim (ait) cuique primis fidei temporibus in manus venit Codex Græcus, et aliquantulum facultatis sibimet utriusque linguae habere videbatur, interpretari ausus est. Quare huic morbo³ sacrosancta Tridentina Synodus mederi cupiens statuit ut ex omnibus, quæ circumferuntur sacrorum librorum Latinis editionibus, ipsa Vetus, ac Vulgata, quæ longo tot sæculorum usu in Ecclesia probata est editio, in publicis lectionibus, disputationibus, prædicationibus, et expositionibus pro authentica hebeatur, et nemo illam rejicere quovis prætextu audeat, vel præsumat. Hæc autem Vulgata editio cum una esset, variis lectionibus in plures quodam modo distracta videbatur. Quarum licet nonnullas, aut veterum Codicem, aut sanctorum Patrum invexisset auctoritas, plurimæ nihilominus vel ex injuria temporum, vel ex librariorum incuria, vel ex impressorum imperitia, vel ex temerè emendantium licentia, vel ex recentiorum interpretum audacia,

¹ In præfatione in Josue et in præfat. quatuor Evangeliorum. Tom. 3.

² Lib. 2, c. 11, de Doctr. Christiana. Tom. 3.

³ Sess. 4 decreto de editione, et usu sacrorum librorum.

qui Ecclesiæ filii cum sint, minus tamen Ecclesiæ doctoribus, quām Judæorum Rabbinis morem sibi gerendum putarunt: vel demum ex Hæreticorum scholiis ad marginem, captiosisque fallaciis obrepserant. Et, quamvis in hac tanta lectionum varietate nihil hujusque repertum sit, quod fidei, et morum causis tenebras offundere potuerit; verendum tamen fuit, ne, crescente magis, ac magis in dies addendi, detrahendique temeritate, hæc probatissima Scripturarum Editio, quam vinculum pacis, fidei unitatem, charitatis nexum, dissentientium consensionem, certissimam in rebus dubiis normam esse oportebat, plerisque contra, schismatis, et hæresis inductio, dubitationum fluctus, involutio quæstionum, discordiarum seges, et piarum mentium implicatio multiplex evaderet.¹ Quòd in septuaginta interpretum Græca editione beatus Hieronymus, in Latina vero sanctus Augustinus olim accidisse commemorant, tanta autem labes ne adhuc ulterius serperet, sensimque in Vulgatam editionem nostram manaret, sapienter eadem Œcumenia Synodus Tridentina decrevit ut hæc ipsa Vetus, et Vulgata editio posthac quām emendatissime imprimetur. Verum quia nihil profuisset hujus Editionis auctoritatem gravissimo sanxisse decreto, si illius quæ germana esset lectio nesciretur, sacerque textus ita disputantium pateret arbitrio, ut is, qui adversus perfidum hostem, tanquam validissimus mucro districtus fuerat, idem et clypeus fieri posset, quo debilitati jam, cæsiique hostis latera tegerentur. Id igitur nos indignè ferentes, eoque indignius, quod per hosce jam viginti duos annos, qui à dicto Tridentini Concilii decreto, ad nostri usque Pontificatus exordium interfluxerant, licet hujusmodi opus aliquando cœptum fuerit, tamen ob alias fortasse occupationes intermissum, nullumque huic imminenti malo remedium adhibitum fuerat: ac propterea tanto impensiore cura ac studio id prosequendum censemtes, quanto magis, et ab omnibus Dei

¹ In præfatione in Esdram et Nehemiam. Idem in priori præfatione in Paralip. tom. 3. Epistola 10, ad Hieronymum, tom. 2.

ecclesiis expetitur, et a synagogis Satanæ reformidatur ; cum primum ad Apostolicam beati Petri sedem divina nos miserationis, meritis licet imparibus, evocavit ; nihil tandem antiquius habuimus, quam ut primo quoque tempore, optatissimam istam Vulgatae editionis emendationem aggredieremur. Itaque viros complures doctos, qui sanctarum Scripturarum, sacræ Theologiæ, multarumque linguarum scientia, ac diuturno variarum rerum usu, acrique, cum aliquid discernendum est, judicio, ac solertia præstarent, delegimus, ac simul congregavimus, ut in germana, sinceraque sacri textus editione perquirenda, strenue laborarent, nobisque adjumento forent. Nos enim rei magnitudinem perpendentes, ac provide considerantes ex præcipuo, ac singulari Dei privilegio, et ex vera, ac legitima successione Apostolorum Principis B. Petri, pro quo Dominus ac Redemptor noster, ab æterno Patre pro sua reverentia procul dubio exauditus,¹ non semel tantum, sed semper, rogavit ut ejus fides, non humana carne, et sanguine, sed eodem Patre inspirante ei revelata, nunquam deficeret : cui etiam Dominus injunxit ut cæteros Apostolos in eadem fide confirmaret :² qui denique, sicuti confidimus, divinam pro nobis opem usque ad consummationem sæculi, Ecclesiæ Catholicæ promissam, implorare non cessat, ad nos in ejusdem Petri Cathedra, in qua ejus vivit potestas, et excellit auctoritas, Deo sic disponente constitutos,³ totum hoc judicium propriè, ac specialiter pertinere, Dei omnipotentis auxilio suppliciter invocato, et ipsius Apostolorum Principis auctoritate confisi, ob publicam sanctæ Dei Ecclesiæ utilitatem haudquaquam gravatis sumus, inter alias Pontificiæ solicitudinis occupationes, hunc quoque non mediocrem accuratæ lucubrationis laborem suscipere, atque ea omnia perlegere, quæ alii collegerant, aut senserant, diversarum lectionum rationes perpendere, sanctorum Doctorum sententias recognoscere : quæ quibus ante-

¹ Heb. 5.

² Lucæ 22. S. Leo serm, in Nativit. SS. Petri et Pauli.

³ S. Leo. serm. 2.

ferenda essent, dijudicare, adeo, ut in hoc laboriosissimæ emendationis curriculo, in quo operam quotidianam, eamque pluribus horis collocandam duximus, aliorum quidem labor fuerit in consulendo, noster autem in eo, quod ex pluribus esset optimum, diligendo: ita tamen, ut Veterem multis in Ecclesia abhinc sæculis receptam lectionem omnino retinuerimus. Novam interea Typographiam in Apostolico Vaticano Palatio nostro ad id potissimum magnificè extruximus, atque ad ejus curam, Congregationem aliquot sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, et insigne Collegium doctissimorum virorum fere ex omnibus Christiani orbis nationibus, et celeberrimis studiorum Generalium universitatibus, amplis, opulentisque redditibus dotatum deputavimus, ut in ea emendatum jam Bibliorum volumen excuderetur: eaque res quo magis incorrupte perficeretur, nostra nos ipsi manu correximus, si qua prelo vitia obsepserant, et quæ confusa, aut facile confundi posse videbantur, ea intervallo scripturæ, ac majoribus notis, et interpunctione distinximus. Cæterum, nostri ne hujus consilii, institutique rationes ignorentur, sed potius universæ Ecclesiæ Catholicæ, ipsique posteritati notissimæ, ac testatissimæ relinquuntur, cunctique facile intelligent, quisnam ordo in hoc opere conficiendo, quæ lex, ac methodus inita, quæ indagandi veri norma a nobis servata sit: illud sane omnibus certum, atque exploratum esse volimus, nostros hos labores, ac vigilias, nunquam eo spectasse, ut nova editio in lucem exeat, sed ut Vulgata vetus ex Tridentinæ Synodi præscripto, emendatissima, pristinæque suæ puritati, qualis primum ab ipsius interpretis manu, styloque prodierat, quoad ejus fieri potest, restituta imprimatur. In hac autem germani textus pervestigatione, satis perspicue inter omnes constat, nullum argumentum esse certius, ac firmius, quam antiquorum, probatorumque Codicum Latinorum fidem, quos tam impressos, quam manuscriptos, ex Bibliothecis variis conquirendos curavimus. In quacunque igitur lectione plures vetustiores, atque emendatores libri consentiri reperti sunt, ea jure optimo, tanquam primigenii

textus verba, aut his maxime finitima, retinenda decrevimus. Id vero ad germanam editionem constabiliendam, præsidium sicubi desideratum est, tunc sanctorum Patrum, veterumque expositorum enarrationes, quibus diversa scripturarum loca, et libros illustrarunt, subsidio fuere : in quibus, quidquid e re nostra observatum fuit, id in hujus operis partem adscitum est. In iis tandem, quæ neque Codicum, neque Doctorum magna consensione satis munita videbantur, ad Hebræorum, Græcorumque exemplaria duximus confugiendum, non eo tamen, ut inde Latini interpretis errata corrigerentur, sed ut in eorum verborum locum, quæ, cum apud Latinos ambigua sint, potuissent, quo non oporteret, inflecti, certum aliquid, atque indubitatum sufficeretur, sive ut, quod apud nos variantibus Codicibus inconstans, diversum, ac multiplex erat, id uniforme, consonum, uniusque modi, ipsorum fontium veritate perspecta, sanciretur. Sapienter enim B. Hieronymus¹ in explanandis sacris Scripturis Doctor Maximus admonebat, ut quemadmodum in novo Testamento, si quando apud Latinos quæstio exoritur, et est inter exemplaria varietas, ad fontem Græci sermonis, quo novum Testamentum est scriptum, recurri solet : ita si quando inter Græcos, Latinosque diversitas est in veteri Testamento, tunc ad Hebræam recurramus veritatem, ut quidquid de fonte proficiatur, hoc quæramus in rivulis : quod etiam B. Augustinus² iis, qui Scripturam tractant, inter alias regulas tradidit. Laudabilem itaque sanctorum Patrum consuetudinem religiose secutis sumus, dum in iis, quæ apud Latinos nimis ambigue dicta, seu variata habentur, Hebrææ, Græcæque linguae fidem, et Codices inspeximus ; sed, ne id licentius fieret, quam æquum erat solers cautio adhibita fuit. Neque enim ignoramus multos esse, qui plerasque Latinæ hujus editionis voces, ac locutiones, proprie, aut eleganter, aut perspicuè, aut breviter, aut copiose magis, aut tanquam verbis ad verba demensis, à La-

¹ In epistola ad Suniam et Fretellam. tom. 3.

² S. Aug. l. 2. Doct. Chr. cap. 14 et 15. tom. 3. et lib. 11. contra Faustum. c. 2. tom. 6.

tino interprete verti potuisse existiment. Verum de his minuta nimium, et angusta concertatio videtur: neque enim tanti sunt, ut non iis et antiquioris Ecclesiæ religio, et sanctissimorum Patrum jure anteponatur auctoritas: prorsusque indignum est, B. Gregorio¹ teste, ut sub Donati regulis verba cœlestis oraculi restringantur: ac tanta per se est Vulgatæ editionis auctoritas, tamque excellens præstantia, ut majorem desiderare, penitus inane videatur. Qui namque in ea libri continentur (ut a majoribus nostris quasi per manus traditum nobis est) retenti sunt partim ex communi, et antiquissima quadam editione Latina, quam sanctus Hieronymus² Vulgatam editionem, B. Augustinus Italam, sanctus Gregorius Veterem translationem appellant, quam sanctus itidem Augustinus cæteris, quæ tunc plurimæ in usu erant, etiam præferendam censuit, quod esset verborum tenacior cum perspicuitate sententiæ; partem ex sancti Hieronymi translatione adsciti fuere, quibus idcirco quantus honor deferendus sit, is facile intelligit, qui eorum Interpretis dignitatem agnoscit. Fuit enim sanctus Hieronymus (ut inter cæteros idem B. Augustinus³ testatur) Græco, Latino, et Hebræo, eruditus eloquio, et ex occidentali ad orientalem transiens Ecclesiam, in locis sanctis, literisque sacris, ad decrepitam usque vixit ætatem: atque omnes, qui ante illum ex utraque orbis parte de doctrina Ecclesiastica scripserant, pene vidiit, aut legit: eumque non modo *Augustinus*, *Chromatius*, *Paulinus*, cæterique sanctissimi Episcopi, sed etiam *Damascus* Pontifex Romanus de Scripturarum locis consulebant. Nec immerito tantam apud omnes nominis celebritatem, in sanctarum præsertim Scripturarum scientia, adeptus fuerat. Cum ad eam consequendam, nullis vigiliis, nullis peregrinationi-

¹ Epist. ad Leandr. in expos. Job cap. 5.

² S. Hieron. comment. in Isaiæ cap. 49. tom. 4. S. August. l. 2. de Doctr. Christ. cap. 15. tom. 3.

³ Epist. ad Leandrum in expositionem Job cap. 5. lib. 1. contra Julianum Pelagianum. tom. 7.

bus perpercerit, et doctissimos quosque in Gallia audiverit: *Constantinopoli Gregorium Nazianzenum, Alexandriæ Didymum*, et alios alibi conquisiverit, usus denique clarissimis Hebrææ linguae Magistris: non enim uno aliquo Doctore contentus fuit, sed plurimos, eosque eruditissimos adhibebat: non rerum modo, verum etiam nominum sedulus indagator.¹ Quinimmo et loca ipsa, quæ in scripturis sæpe commemorantur, inspexit, idque ad intelligentiam scripturarum summopere sibi profuisse testatur. Quicumque igitur tanti Interpretis sanctitatem, ingenium, eruditionem, solertiam, Magistros, labores, illud, in quo vixit, seculum, cum linguarum omnium, ac præsertim Hebrææ studia florerent, diligenter spectaverint; facile judicium damnabunt eorum, qui aut tam eximii Doctoris Lucubrationibus non acquiescunt, aut etiam meliora, seu paria præstare se posse confidunt. Multo sane rectius sanctus *Isidorus*, venerabilis *Beda Presbyter*, sanctus *Remigius*, *Alcuinus*, *Fortunatus*, *Rabanus Maurus*, sanctus *Anselmus*, B. *Bernardus*, *Haymo*, *Richardus*, et *Hugo Victorini*, *Petrus Cluniacensis*, *Rupertus Abbas*, aliique complures egregii doctores, qui per mille ab hinc annos in Ecclesia clauerunt, qui *Hieronymi* versione ita in omnibus disputationibus, enarrationibus, declamationibus usi sunt, ut ceteræ, quæ pene innumerabiles erant, quasi lapsæ de Catholicorum Patrum manibus obsoleverint. Ideoque legimus apud sanctum *Isidorum*,² quoniam de Hebræo in Latinum eloquium sanctus tantummodo *Hieronymus* sacras Scripturas convertit, ejus Editione generaliter omnes Ecclesias usquequaque uti, eo quod veracior est in sententiis, et clarior in verbis. Et ante *Isidorum* B. *Gregorius Magnus* fere idem senserat.³ Nec Latini modo Patres, sed Hebræi quoque, Græcique cum Latinos alios interpretes negligant, aut ignorant, *Hieronymum* tamen amplissimo suo testimonio, et honore dignum

¹ In præfat. libri Paralipom. ad Dominionem et Rogatianum. tom. 3.

² Lib. 1. de officiis divinis cap. 12.

³ Lib. 20. Moral. cap. 24. tom. 2.

esse censuerunt. Nam de Hebræis idem *Augustinus*:¹ de Græcis autem ipsemet sanctus *Hieronymus* scribit, a *Sophronio* viro optime erudito Psalterium, et Prophetas, quos *Hieronymus* ex Hebræo in Latinum verterat, in Græcum eleganti sermone translatos fuisse. Quemadmodum ergo laudabile est, ubicunque nostri Codices ipsi per se aut conciliari, aut intelligi non possunt, linguarum externalium præsidia querere; ita, cum id necessarium non est, levissimis de causis majorum nostrorum sanctitatem, sapientiam, consensum, vetustissimamque Ecclesiæ consuetudinem non vereri, temeritas plane, pertinaciaque censenda est. Atque idcirco B. *Hieronymus*, qui Hebræos, Græcosque interrogandos esse dubiis in rebus admonet; idem etiam sentit, eo non nisi parce, et quanto rarius fieri potest (ne, quæ longo recepta sunt usu, fluctuent) recurrendum.² Qua de causa, ad novi Testamenti translationem, quamvis hortante *Damaso* Pontifice, tardior fuit, pium appellans laborem, sed periculosa præsumptionem judicare de ceteris, ipsum ad omnibus judicandum, senis mutare linguam, et canescentem jam mundum ad initia retrahere parvulorum. Quis enim doctus pariter, vel indoctus, cum in manus volumen sumpserit, et a saliva, quam semel imbibit, viderit discrepare quod lectitat, non statim erumpat in vocem, fâlsarium illum clamitans, et sacrilegum,³ qui audeat in veteribus literis addere, mutare, corrigere? Notissimumque est illud de Jonæ cucurbita, quæ in Veteri editione legebatur; pro qua cum *Hieronymus* hederam posuisset, quodam in Africa Episcopo interpretationem *Hieronymi* in Ecclesia lectitante, factus est tantus tumultus in plebe propter unius verbi dissonantiam, ut coactus sit Episcopus, ne sacerdotio dejiceretur, damnare quod legerat. Quare merito sacra Tridentina Synodus⁴ veteris Vulgatæ editionis libros non aliter, quam prout in

¹ Lib. 18 de civitat. Dei, cap. 43. tom. 5. De viris illustribus in Sophronio.

² In præfat. quatuor Evangeliorum. tom. 3.

³ Epist. 10 et 11. tom. 1.

⁴ Sess. 4.

Ecclesia legi consueverunt, pro canonicis suscipiendos decrevit. Nos autem ut hæc Vetus editio, quæ nunc prodit nostro excusa prelo, ejusdem Synodi præscripto modis omnibus responderet, non solum veteres, et ab Ecclesia receptos loquendi modos conservavimus, sed etiam Apocrypha rejecimus, authentica retinuimus. Nam tertium et quartum *Esdræ* libros inscriptos, et tertium *Machabæorum*, quos Synodus inter Canonicos non annumerat, assentientibus etiam in hoc prædictis Cardinalibus Congregationis super Typographia Vaticana deputatæ, ab hac editione prorsus explosimus. Orationem etiam *Manassæ*, quæ neque in Hebræo, neque in Græco textu est, neque in antiquioribus Manuscriptis Latinis exemplaribus reperitur; sed in impressis tantum post Librum secundum *Paralipomenon* affixa est, tanquam insutam, adjectam, et in textu sacrorum librorum locum non habentem, repudiavimus. Nonnullas etiam aliquando sententias, quæ aliunde accersitæ, Vulgatae editioni interpositæ erant, neque in antiquis exemplaribus, neque in sanctorum Patrum Commentariis inveniebantur, delevimus. Hanc denique editionem à variis, qui vitio multorum irrepserant, erroribus accurate emendavimus, et purgavimus, atque in pristinam veritatem summa diligentia restituimus. Neque vero est quòd quispiam miretur, si aliqua sacræ scripturæ loca aliter in sanctis quibusdam Doctoribus legerit, quam in hac Editione conscripta sunt. Nam *Ambrosius*, *Augustinus*, et alii plurimi septuaginta Interpretum editionem plerumque secuti fuerunt. Ad laudem igitur ad gloriam Omnipotentis Dei, Catholicæ fidei conservationem, et incrementum, ac sacrosanctæ universalis Ecclesiæ utilitatem, hac nostra perpetuo valitura constitutione, de eorundem venerabilium Fratrum nostrorum *S. R. E.* Cardinalium super Typographia Vaticana deputatorum consilio, et assensu, quorum opera, et industria, in hac ipsa Vulgatae editionis emendatione, in rebus præsertim gravioribus usi sumus, et ex certa nostra scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine statuimus, ac declaramus, eam Vulgatam sacræ, tam veteris,

quam Novi Testamenti paginæ Latinam Editionem, quæ pro authentica à Concilio Tridentino recepta est, sine ulla dubitatione, aut controversia censendam esse hanc ipsam, quam nunc, prout optime fieri potuit, emendatam, et in Vaticana Typographia impressam in universa Christiana Republica atque in omnibus Christiani orbis Ecclesiis legendam evulgamus, decernentes, eam prius quidem universali sanctæ Ecclesiæ, ac sanctorum Patrum consensione, deinde vero generalis Concilii Tridentini decreto, nunc demum etiam Apostolica nobis a Domino tradita auctoritate comprobatam, pro vera, legitima, authentica, et indubitata, in omnibus publicis privatisque disputationibus, lectionibus, prædicationibus, et explanationibus recipiendam, et tenendum esse. Districtius vero inhibemus, ne unquam perpetuis futuris temporibus, novæ Vulgatæ editionis post-hac Bibliorum sine expressa Apostolicae Sedis licentia textus imprimatur: neve quisquam privato, aut peculiari suo sensu aliam editionem sibi configere, neve hanc ipsam veterem Vulgatam a nobis, ut præfertur, restitutam editionem, intra decem annos a Dat. præsentium numerandos, tam citra, quam ultra montes, alibi, quam in nostra Typographia Vaticana, imprimere audeat, vel præsumat. Elapso autem præfato decennio, eam cautionem adhiberi præcipimus, ut nemo sanctas scripturas typis mandare præsumat, nisi habito prius exemplari in Typographia Vaticana excuso, eodemque Inquisitoris hæreticæ pravitatis ejus Provinciæ, vel, si Inquisitor in ea Provincia non sit deputatus, Episcopi ejusdem loci manu propria subscripto, juxta illud, ne minima quidem particula mutata, addita vel detracta. Postquam vero libri sacri sic fideliter excusi fuerint, nec tunc quidem vendantur, aut evulgentur, nisi prius delato rursus ad Inquisitorem, vel, deficiente Inquisitore, ad Episcopum exemplari ab eis antea subscripto, iidem libri juxta illud impressi, cum eo diligenter, et accurate collati, et Inquisitoris, vel in eventum prædictum, Episcopi signo, aut chirographo quod inter se prorsus concordent fidem faciente, et attestante,

approbati extiterint. Verum, quoniam ex variis, quæ hactenus ad marginem adscribi consueverant, lectionibus, illud sequitur incommodi, ac molestiæ, quod, cum primum hujusmodi varietas oculis objicitur, lectoris animum ab eo, quod tunc instat agendum, avocat, illumque alieno plane tempore ad ea, quæ in Codicibus dissonant inter se conferenda traducit, nec facile est in tanta lectionum multiplicitate scripturas inoffenso pede percurrere, et ea quasi silva diversitatis oblata, quæ quibus præponenda sint, internoscere; Nos optimum factu, piisque omnibus gratum fore arbitrati, ut Ecclesiæ filii ab his perplexitatibus, ejusdem¹ Ecclesiæ judicio, liberentur, utque eos, quibus unum baptismum, una fides, una spes vocationis est, dissentiens non dividat lectio scripturarum, quarum potissimum indifferens consensio eos debuit in unitatem Spiritus copulare; Auctoritate, et tenore præmissis mandamus, ut Vulgatæ editionis Biblia posthac non nisi uniformia imprimantur, nec aliquid a textu diversum in margine scribatur. Quæ vero antehac quibuscumque in locis impressa sunt, juxta hunc nostrum textum ad verbum, et ad literam corrigantur. Idque tam impressis, quam in imprimendis Missalibus, Breviariis, Officiis Beatæ Mariæ Virginis, Psalteriis, Ritualibus, Pontificalibus, Ceremonialibus, et aliis Ecclesiasticis Libris, quoad eas tantum scripturæ lectiones, et verba, quæ ex Vulgata editione sumpta, atque in eisdem libris inserta fuisse constat; ubique servetur. Si quis autem Typographus in quibuscumque Regnis, Civitatibus, Provinciis, et locis tam nostræ, et S. R. E. ditioni in temporalibus subjectis, quam non subjectis Biblia, sacramque Scripturam intra decennium prædictum quoque modo; lapso autem decennio aliter quam juxta hujusmodi exemplar ab Inquisitore, seu, in ejus defectum, ab Episcopo sibi tradendum, etiam minima aliqua particula mutata, addita, vel detracta, aut ad marginem, vel in textu adscripta, etiam per modum scholorum, annotationum, vel glossæ, typis mandare, aut sic quidem codices impressos, et emendatos, sine tamen dicto

¹ Eph. 4.

signo, et attestatione, quod cum priori exemplari, sibi, ut præfertur, tradito concordent, vendere, venales habere, aut alias edere, vel evulgare; aut, si quis Bibliopola a se, vel ab aliis quibusvis, etiam ad hanc usque diem, vel in futurum, ante, vel post Dat. præsentium literarum impressos libros, seu imprimendos, a præfata per nos restituta, et correcta Editione in aliquo discrepantes, vel juxta eam ad unguem non emendatos, ac simili Inquisitoris, seu Episcopi subscriptione non approbatos, seu cum additionibus, aut variis lecti- onibus ad marginem conscriptis excusos, pariter vendere, venales proponere, vel evulgare præsumpserit; is, qui in supradictis casibus, sive eorum quolibet nostræ huic constitutioni non paruerit, altra amissionem omnium librorem, ut alias temporales, arbitrio iufligendas pœnas, etiam majoris ex- communicationis sententiam eo ipso incurret, a qua, nisi in mortis articulo constitutus, ab alio, quam pro tempore existente Romano Pontifice absolvi non possit. Quod si Inquisitor, aut Episcopus aliud exemplar ab eo, quod in Vaticana Ty- graphia impressum est, quoque modo discordans Typo- grapho ad imprimendum tradiderit, vel impressum suo signo, aut subscriptione approbaverit, quod revera ab eo discordet; in eum, si Antistes fuerit, etiamsi Archiepiscopali, Primatali, Patriarchali, vel alia majori præfulgeat dignitate, interdicti ingressus Ecclesiæ; si autem inferior, excommunicationis sen- tentiam ipso facto incurrendum ex nunc per præsentes ferimus, ita ut ab alio, quam a Romano Pontifice absolutionis, aut re- laxionis beneficium consequi nequeat. Et nihilominus tam Inquisitor, seu Episcopus ipse, qui hujusmodi libros a præfata impressione Vaticana differentes approbaverit, quam etiam Typographus, seu Bibliopola, qui nostris superius expressis præceptis, ac prohibitionibus in aliquo non obtemperaverit, in Congregatione Cardinalium sanctæ Romanæ, et universa- lis Inquisitionis adversus hæreticam pravitatem pro tempore deputatorum, seu coram Judice, vel Judicibus ab eadem Congregatione delegatis, de hujusmodi facto in districto judicio rationem reddere teneatur, ac pro modo culpæ seve-

ris pœnis ejusdem Congregationis, seu Judicis, vel Judicum ab ea deputandorum arbitrio puniatur. Cæterum, si manuscripta, vel impressa Biblia hujus etiam vulgatæ Editionis, ob characterum venustatem, seu ob aliquod insigne Codicis ornamentum, sive ob impressionis præstantiam, vel ob notationes ad marginem scriptas asservantur, et juxta nostrum hoc exemplar emenda non fuerint, ea in iis, quæ huic nostræ Editioni non consenserint, nullam in posterum fidem, nullamque auctoritatem habitura esse decernimus, ac declaramus : Mandantes universis, et singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, cæterisque Ecclesiarum, et locorum etiam Regularium Prælatis, per universum orbem constitutis, ut præsentem Constitutionem in suis quiske Ecclesiis, Provinciis, Civitatibus, Diœcesibus et jurisdictionibus curent perpetuo, firmiter, et inviolate ab omnibus observari, contradictores, et inobedientes per censuras Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, et facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sacerularis, non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, atque in Generalibus, Provincialibus, vel Synodalibus Conciliis editis, nec non quarumcumque Ecclesiarum, Ordinum, Congregationum, Collegiorum, atque Universitatum, etiam Studiorum Generalium, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, etiam ab immemorabili tempore pacifice observatis Privilegiis quoque, Indultis, et literis Apostolicis, illis, eorumque vel earum Prælatis, Superioribus, et personis per quoscumque Romanos Pontifices, Prædecessores nostros, ac nos, et Sedem prædictam motu proprio, et ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, et alias sub quibuscumque tenoribus, et formis, et cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, irritantibusque et aliis decretis in genere, vel in specie quomodolibet concessis, et saepius approbatis et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi in eis caveatur expresse, quod illis nullatenus, aut non nisi

de consensu certarum personarum, vel nisi sub certis modo et forma inibi expressis, derogari possit, et alias factæ derogationes nullæ sint eo ipso, ac pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, et expressa mentio habenda, seu quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret. Tenores hujusmodi pro expressis habentes ad effectum præsentium duntaxat, derogamus, ac nolumus illa cuiquam adversus præmissa in aliquo suffragari; aut, si aliquibus communiter, vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem. Volumus autem præsentes literas in valvis Basilicæ Lataranensis, ac Principis Apostolorum de Urbe, et Cancellariæ Apostolicæ de more publicari, et intra quatuor menses, eos, qui citra montes sunt; qui vero ultra montes, intra octo menses a die publicationis hujusmodi numerandos, perinde arctare, et efficere, ac si eorum cuilibet personaliter intimatae fuissent: Decernentes ut earum transumptis, etiam impressis, Notarii publici manu subscriptis, ac sigillo Prælati Ecclesiastici obsignatis, eadem ubique habeatur fides, quæ ipsis originalibus exhibitis, vel ostensis haberetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti, declarationis, decretorum, voluntatum, prohibitionis, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum *Petri*, et *Pauli* Apostolorum ejus se noverit incursum. *Dat. Romæ apud sanctam Mariam majorem, Anno Incarnationis Dominiæ 1589. Kalendis Martii, Pontificatus nostri Anno Quinto.*

INDEX

LOCORUM MANU IPSIUS SIXTI QUINTI VEL ALIORUM
POST IMPRESSIONEM CORRECTORUM.

DELETO alio nescio quo vocabulo superinducitur ex nova impressione castigationeque, verbum *prioribus*. Gen. xli, 10.

Vox *Jasubitarum* expuncto alio vocabulo. Num. xxvi, 8.

Hæc duo verba *in circuitu*. 4 Reg. vi, 15.

Verbum *Josue* bis in eodem cap. nimirum 2 Esdr. xii, 2, cum antea *Jesue* per incuriam typographi (ut est maxime probabile) imprimeretur; hæc duo vocabula calamo correcta reperio, cætera vero ope manuque typographi.

Dispuncta voce *latitudinem*, imprimatur de novo vox *altitudinem*. Libro Judith i, 1. quæ tamen correctio, usque adeo displicuit Clementi, ut versis vocabulis curaret, ut contrarium cudaretur.

Hæc verba Job xviii, 11. delitis aliis *involvent pedes ejus*.

Ita vocula, *ea*. Psal. cxlviii, 6.

- ib. Ascendens Jesus in, etc. *Six. MS. Hier. Q.*
- Detr. 25 Cum ejecta esset turba, intravit: et tenuit manum ejus. Et surrexit puella. *Cl. Lov. G.*
- 26 Tenuit manum ejus, et dixit: *Puella surge:* et surrexit puella. *Six.*
- CAP. 12.
- Detr. 2 Faciunt quod non licet facere sabbatis. *Cl. 4. MS. R. G. S.*
- 2 Non licet eis. *Six. Lov.*

¹ καὶ ἐλθόντι αὐτῷ.² ἐμβὰς εἰς τὸ πλοῖον.

Com. cas. 31 Omne peccatum, et blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem *blasphemia* non remittetur. *Cl. Lov. G.*

23 *Blasphemiae. Six.*

CAP. 13.

Detr. 3 Exiit qui seminat, seminare. *Cl. Lov. G.*

2 Seminare *semen suum. Six.*

Com. et 14 *Et adimpleteur* in eis prophetia Isaiæ.
com. modi. *Cl. Lov. G. MS. Hier. S.*

11 *Ut adimpleatur. Six.*

CAP. 14.

Com. cas. 13 Secessit inde in *navicula*. *Cl. Lov. G.*

12 *Naviculam. Six.*

Detr. 19 Dedit discipulis panes, discipuli autem turbis. *Cl. Lov. G.*

18 Discipuli autem *dederunt* turbis. *Six.*

CAP. 17.

Com. temp. 1 *Ducit* illos in montem excelsum seorsum. *Cl. Lov. G.*

ib. *Duxit. Six.*

Addit. 19 Dicetis monti huic, Transi hinc *illuc*, et transibit. *Cl. Lov. G.*

17 Dicetis monti huic, transi hinc, et transibit. *Six.*

CAP. 20.

Detr. 28 Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare et dare animam suam, redemtionem pro multis. *Cl. Lov. G.*

22 *In redemtionem pro multis. Six.*

CAP. 21.

Detr. 37 Verebuntur filium meum. *Cl. Lov. G.*

30 Verebuntur *forte* filium meum. *Six.*

CAP. 24.

Com. temp. 12 Quoniam *abundavit* iniquitas, refrigeret charitas multorum. *Cl.*

9 *Abundabit.* *Six.* *Lov.* *G.*

Detr. sen. 41 et 42 Duæ molentes in mola: una assūmetur, et una relinquetur. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. *Cl.* *Lov.* *G.*

27 Duæ molentes in mola: una assumetur, et una relinquetur. *Duo in lecto, unus assumetur, et unus relinquetur,* Vigilate ergo, etc. *Six.* *MS.* *Hil.* *G.*
Q. Q. N.

CAP. 25.

Detr. 31 Cum autem venerit Filius hominis in maiestate sua, et omnes angeli cum eo, tunc sedebit. *Cl.* *Lov.* *G.*

26 Omnes angeli *ejus.* *Six.*

CAP. 26.

Com. temp. 11 Semper pauperes habetis vobiscum: me autem non semper *habetis.* *Cl.*
Lov. *G.*

6 *Habebitis.* *Six.* *MS.* *Q.*

CAP. 27.

Addit. sen. 35 Postquam autem cruciferunt eum, divisorunt vestimenta ejus, sortem mittentes: *ut impleretur quod dictum est per Prophetam dicentem: Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem.* Et sedentes servabant eum. *Cl.* *Lov.* *G.*

30 Sortem mittentes. Et sedentes. *Six.*

19. *MS.* *Hier.* *G.* *S.*

CAP. 28.

Com. num. 3 *Vestimentum ejus sicut nix.* Cl. G.
Loy.

2 *Vestimenta. Six. MS. Q.*

EVANGELIUM SECUNDUM MARCUM.

CAP. I.

Com. num. 6 Vestitus pilis *cameli*. Cl. Lov. G.
ib. *Camelorum*. Six.

Detr. 10 Vedit cœlos apertos, et spiritum tan-
quam columbam descendentem. Cl.
Loy. G.

Detr. et 10 Spiritum sanctum. Six.

com. 24 Venisti perdere nos? scio *qui* sis, Sanctus Dei. Cl. Lov. G.

20 Venisti ante tempus perdere nos, scio
quod sis. Six.

Com. temp. 40 *Dixit. Cl.*

33 *Dicit. Six. Lov. G.*

CAP. 2.

Error in 1 Intravit Capharnaum post dies. Cl. G.
num. Lov.

ib. Post dies octo. Six. MS. Q. B.

Com. temp. 16 *Dicebant*. Cl. Lov.

13 *Dixerunt*. Six.

Detr. 26 Panes propositionis manducavit, quos
non licebat manducare, nisi sacerdo-
tibus. Cl. G. Lov.

22 Nisi solis sacerdotibus. Six.

CAP. 4.

- Com. 8 Dabat fructum ascendentem, et crescentem, et afferebat unum *triginta*, unum *sexaginta*, et unum *centum*.
Cl. Lov. G.
- 5 Unum *trigesimum*, unum *sexagesimum*, et unum *centesimum*. *Six. MS. Q.*
- Com. 22 Nec factum est occultum, sed ut in palam veniat. *Cl. Lov.*
- 16 *Quod non* in palam veniat. *Six. Quod non* veniat in palam. *MS. S.*
- Detr. 29 Cum produxerit fructus, statim mittit falcem. *Cl. G.*
- 22 Cum *ex se* produxerit fructus, etc. *Six.*
 cum se produxerit. *Lov. Ex. MS. Q. R.*
- Com. et 32 Cum *seminatum* fuerit, ascendit, et sit
 addit. majus omnibus oleribus. *Cl. Lov. G.*
- 24 Cum *natum* fuerit, ascendit *in arborem*.
Six.

CAP. 5.

- Com. num. 10 *Deprecabatur* multum. *Cl. Lov. G.*
 6 *Deprecabantur. Six.*
- Detr. 11 Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus, pascens. *Cl. Lov. G.*
 7 Pascens *in agris. Six.*
- Com. 21 Cum *transcendisset* Jesus in navi rursum trans fretum, convenit turba multa ad eum. *Cl. Lov. G.*
- 16 *Ascendisset. Six.*

- Detr. et com. 23 *Veni, impone manum super eam, ut salva sit.* *Cl.* MS. S.
- 17 *Manum tuam. Six. Impone manus.*
Lov. G.
- Detr. et com. 35 *Adhuc eo loquente, veniunt ab archisynagogo, dicentes.* *Cl.* 11. MS. G. S.
- 26 *Veniunt nuncii ad archisynagogum.*
Six. *Veniunt ad archisynagogum.*
Lov.
- Com. 43 *Dixit dari illi manducare.* *Cl.* Lov. G.
- 33 *Jussit. Six.* MS. Q. B.
CAP. 6.
- Com. voc. 13 *Ungebant oleo multos ægros, et sanabant.* *Cl.* Lov. G.
- 7 *Sanabantur. Six.* MS. Q. B.
- Com. cas. 17 *Vinxit eum in carcere.* *Cl.* G.
- 11 *Carcerem. Six.* Lov.
CAP. 7.
- Detr. 4 *A foro nisi baptizentur, non comedunt.*
Cl. Lov. G.
- 3 *A foro venientes, etc.* *Six.*
- Com. 15 *Quæ de homine procedunt, illa sunt, quæ communicant hominem.* *Cl.* Lov. G.
- 10 *Coinquinant.* *Six.*
- Com. 18 *Communicare.* *Cl.* Lov. G.
- 13 *Coinquinare.* *Six.*
CAP. 8.
- Detr. 1 *Cum turba multa esset, nec haberent quod manducarent.* *Cl.* Lov. G.
- ib. *Cum turba multa esset cum Jesu.* *Six.*

- Com. et addit. 28 *Illi dicentes*: Joannem Baptistam. *Cl.*
Lov. G.
- 24 *Alii Joannem* Baptistam. *Six. MS.*
R. B.
- Com. 38 Qui enim me *confusus*¹ fuerit, et verba
mea in generatione ista adultera et
peccatrice: et filius hominis *confundetur*² eum, cum venerit in gloria
patris sui cum angelis sanctis. *Cl.*
Lov. G.
- 34 Qui enim me *confessus* fuerit,—filius
hominis *confitebitur* eum, etc. *Six.*
- CAP. 9.
- Detr. 40 Quisquis enim potum dederit vobis cali-
cem aquæ in nomine meo, quia Chris-
ti estis: Amen dico vobis, non perdet
mercedem suam. *Cl. Lov. G.*
- 36 Calicem aquæ *frigidæ*. *Six.*
- CAP. 10.
- Com. cas. 17 Cum egressus esset in *viam*. *Cl. 5.*
MS. B. G.
- 15 *Via. Six. Lov.*
- Detr. 17 Quidem genuflexo ante eum, rogabat
eum. *Cl. Lov. G.*
- 15 Rogabat eum, *dicens. Six. MS. B. S.*
- Com. 41 *Cæperunt indignari* de Jacobo. *Cl.*
Lov. G.
- 36 *Indignati sunt. Six.*
- CAP. 11.
- Com. cas. 6 Dimiserunt *eis. Cl. Lov. G.*
5 *Eos. Six.*

¹ ἐπαισχυνθῆ.

² ἐπαισχυνθήσεται.

- Detr. 15 Veniunt Jerosolymam. *Cl. Lov. G.*
 13 Veniunt *iterum* Jerosolymam. *Six.*
- Detr. 31 Dicit, Quare ergo non credidistis ei ?
 Cl. Lov. G.
 25 Dicit *nobis*. *Six.*
- CAP. 12.
- Com. voc. 14 Licet *dari* tributum Cæsari, an non da-
 bimus ? *Cl. Lov.*
- 13 *Dare.* *Six.* *G.*
- Detr. 25 Sunt sicut angeli in cœlis. *Cl. Lov. G.*
 23 Angeli *Dei* in cœlis. *Six.*
- CAP. 14.
- Detr. 43 Venit Judas Iscariotes unus de duodecim
 et cum eo turba multa cum gladiis,
 et lignis, à summis sacerdotibus, et
 Scribis, et *senioribus*. *Cl. Ed. 1593.*
 Lov. G. Sacerdotibus. Cl. Ed.
 1592.
- 40 *Missi* à summis sacerdotibus. *Six. MS.*
 G. Q.
- Detr. 58 Ego dissolvam templum hoc manu fac-
 tum, et *per* triduum aliud non manu
 factum ædificabo. *Cl. Lov. G.*
- 53 *Post* triduum. *Six. MS. B.*
- CAP. 16.
- Com. temp. 7 *Præcedit* vos in Galilæam. *Cl. Lov. G.*
 ib. *Præcedet.* *Six. MS. Q. B.*
- Detr. 9 Surgens autem mane, prima sabbati,
 apparuit primò Mariæ Magdalenæ.
 Cl. Lov. G.
- 9 Surgens autem *Jesus.* *Six. MS. B.*
 R. G.

- Detr. 14 Novissime recumbentibus illis undecim
 apparuit. *Cl. Lov. G.*
 13 Novissime *autem. Six.*
-

EVANGELIUM SECUNDUM LUCAM.

CAP. 1.

- Detr. 8 Cum sacerdotio fungeretur in ordine
 vicis suæ. *Cl. Lov. G.*
 4 Fungeretur *Zacharias. Six. MS. Q. Ambr.*

CAP. 2.

- Com. num. 7 Non erat *eis* locus in diversorio. *Cl. Lov. G.*
 5 *Ei. Six. MS. Q. Ambr.*
 Detr. 15 Videamus hoc verbum, quod factum est,
 quod Dominus ostendit nobis. *Cl. Lov. G.*
 11 Quod *fecit Dominus, et* ostendit nobis.
Six.

CAP. 3.

- Com. num. 9 Securis ad radicem *arborum* posita est.
Cl. Lov. G.
 5 *Arboris. Six. MS. S.*
 Com. 31 Qui fuit *Melea. Cl. G. S.*
 14 *Melcha. Six. Lov.*

CAP. 4.

- Detr. 7 Si adoraveris coram me, erunt tua omnia. *Cl. Lov. G.*
 5 *Si procidens adoraveris. Six.*

CAP. 6.

Detr. 29 Qui te percutit in maxillam, præbe et alteram. *Cl. Lov. G.*

25 In maxillam *unam*, præbe *illi* et alteram.
Six. MS. S.

CAP. 8.

Detr. 27 Cum egressus esset ad terram, occurrit illi vir quidam. *Cl. Lov. G.*

24 Cum *de navi* egressus, etc. *Six.*

CAP. 9.

Detr. 1 Convocatis autem duodecim Apostolis, dedit illis virtutem. *Cl. Lov. G.*

ib. Autem *Jesus* duodecim, etc. *Six.*

CAP. 10.

Detr. 21 Exultavit Spiritu sancto. *Cl. 1. MS.*
G. Q.

17 *In Spiritu sancto.* *Six. MS. S.* Exultavit Spiritu. *Lov. G.*

CAP. 11.

Com. 21 Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt *ea*, quæ possidet. *Cl. Lov. G.*

17 *Omnia*, quæ possidet. *Six.*

CAP. 13.

Com. 5 Si pœnitentiam non *egeritis*, omnes similiter peribitis. *Cl. 4. MS.*

5 *Habueritis.* *Six. Lov.*

CAP. 14.

Com. temp. 1 Cum *intraret* Jesus in domum cujusdam principis. *Cl. Lov. G.*

ib. *Introisset.* *Six.*

CAP. 15.

Detr. 8 Quærit diligenter donec inveniat. *Cl.*
Lov. G.

6 Inveniat *eam*. *Six.* MS. S.
 CAP. 19.

Com. 8 Dixit ad *Dominum*. *Cl.* *Lov. G.*
 7 *Jesum*. *Six.* MS. S.

CAP. 20.

Detr. 10 In tempore misit ad cultores servum.
Cl. *Lov. G.*

8 In tempore *illo*. *Six.*

CAP. 21.

Detr. 17 Eritis odio omnibus propter nomen meum. *Cl.* *Lov. G.*

13 Omnibus *hominibus*. *Six.* MS. Q.

CAP. 22.

Detr. 54 Petrus verò sequebatur à longe. *Cl.*
Lov. G.

44 Sequebatur *eum*. *Six.*

CAP. 24.

Com. temp. 49 Ego *mitto* promissum Patris mei in vos.
Cl. *Lov. G.*

27 *Mittam*. *Six.* MS. S.

EVANGELIUM SECUNDUM JOANNEM.

CAP. 1.

Com. num. 29 Ecce agnus Dei, ecce qui tollit *peccatum* mundi. *Cl.* *Lov. G.*

21 *Peccata*. *Six.* MS. Q.

CAP. 4.

- Detr. 4 Oportebat autem eum transire per Samariam. *Cl. Lov. G.*
 1 Per *medium* Samariam. *Six.*

CAP. 5.

- Com. 43 Veni in nomine Patris mei, et non *accipitis* me. *Cl. Lov. G.*
 37 *Accepistis.* *Six. MS. Q.*

CAP. 6.

- Detr. 13 Collegerunt ergo, et impleverunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus ordeaceis, quæ superfuerant his, qui manducaverant. *Cl. Lov. G.*
 12 Ex quinque panibus ordeaceis, *et duobus piscibus*, quæ superfuerant, etc. *Six.*

- Com. 33 Panis enim *Dei* est, qui de cœlo descendit. *Cl. Lov. G.*

29 *Verus* est. *Six.*

- Com. 35 Non sitiet *umquam.* *Cl. Lov. G.*
 31 *In æternum.* *Six.*

- Com. temp. 36 Vidistis me, et non *creditis.* *Cl. Lov. G.*
 32 *Credidistis.* *Six.*

- Contr. 65 Sciebat enim ab initio Jesus qui essent *non credentes*, et quis traditurus esset eum. *Cl. Lov. G.*
 55 Qui essent *credentes.* *Six.*

- Com. temp. 70 *Credidimus*, et cognovimus quia tu es Christus. *Cl. 1. MS. Aug. G.*
 59 *Credimus.* *Six. Lov.*

- Com. cas. 71 Ex vobis unus diabolus est? Dicebat autem *Judam Simonis Iscariotem.* *Cl. Lov. G.*
- 60 *De Juda Simonis Iscariotis. Six. MS. S.*
CAP. 7.
- Detr. 4 Nemo quippe in occulto *quid* facit. *Cl. Lov. G.*
ib. *Quidquam. Six.*
- Com. 8 Ego autem non *ascendo* ad diem festum istum. *Cl. Lov. G.*
ib. *Ascendam. Six. MS. Q. nondum. 3.*
MS. G. S.
- Com. gen. 12 Murmur *multum* erat. *Cl. 2. MS. Aug.*
ib. *Multus. Six. Lov.*
CAP. 9.
- Detr. 39 Dixit Jesus. *Cl. 1. MS. G. S.*
39 Dixit *ei* Jesus. *Six. Lov.*
CAP. 12.
- Detr. 28 Venit ergo vox de cœlo. *Cl. Lov. G.*
24 De cœlo, *dicens. Six. MS. Q.*
CAP. 17.
- Com. 5 Prius, quàm mundus *esset*, apud te. *Cl. Lov. G.*
3 *Fieret. Six.*
CAP. 18.
- Detr. 11 Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum? *Cl. Lov. G.*
ib. Non *vis, ut* bibam illum? *Six. MS. Q. Aug.*
- Detr. 35 Gens tua, et pontifices tradiderunt te mihi. *Cl. Lov. G.*
34 Pontifices *tui. Six.*

- Addit. 40 Clamaverunt *ergo* rursum omnes. *Cl.*
 Lov. G.
- 39 Clamaverunt rursum, etc. *Six.*
- CAP. 20.
- Detr. 26 Stetit in medio, et dixit. *Cl. Lov. G.*
 21 Dixit *eis. Six.*
- Com. temp. 27 *Dicit. Cl. Lov. G.*
 22 *Dixit. Six.*
- CAP. 21.
- Com. temp. 6 *Dicit. Cl. Lov. G.*
 5 *Dixit. Six.*
- Com. temp. 13 Venit Jesus, et *accipit* panem, et *dat*
 eis. Cl. Lov. G.
- 12 *Accepit—dabat. Six. MS. Aug. S.*
- Detr. 15 Dicit ei : Pasce agnos meos. *Cl. Lov. G.*
 15 Dicit ei *iterum. Six.*
- Com. temp. 22 *Dicit. Cl. Lov. G.*
 24 *Dixit. Six.*
-

ACTA APOSTOLORUM.

CAP. 2.

- Com. 1 *Cum. Cl. Lov.*
 ib. *Dum. Six.*
- Detr. et 33 Dextera igitur Dei exaltatus, et promis-
 com. gen. sione Spiritus sancti accepta à Patre,
 effudit *hunc, quem¹* vos videtis. *Cl.*
 Lov.
- 19 Effudit *hoc donum, quod* vos, etc. *Six.*
 MS.

¹ ἐξέχεε τοῦτο δ, etc.

CAP. 3.

- Com. 11 Cum *teneret*¹ autem Petrum, et Joannem, cucurrit omnis populus ad eos.
Cl. Lov. G. tenerent. MS. S.
- ib. Cum *viderent. Six.*
- Com. gen. 18 Deus autem,² quæ prænunciavit per os omnium prophetarum, pati Christum suum, sic implevit. *Cl. Ed. 1593.—5. MS. G.*
- 17 *Qui. Six. Lov. Cl. Ed. 1592.*

CAP. 4.

- Com. cas. 2 Dolentes quòd docerent populum, et annunciascent in *Jesu* resurrectionem ex mortuis. *Cl. Ed. 1593.—7. MS. G.*
- 1 *Jesum. Six. Lov. Cl. Ed. 1592.*

CAP. 5.

- Detr. 3 Dixit autem Petrus: Anania, cur tentavit satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto. *Cl. Lov. G.*
- 2 Dixit autem Petrus *ad Aniniam*: Anania. *Six. MS. Q. Q. S.*

CAP. 7.

- Com. temp. 1 Si hæc ita se *habent?* *Cl. Lov. G.*
- ib. *Haberent. Six.*
- Com. 6 Erit semen *eius* accola in terra aliena.
Cl. Lov. G.
- 5 *Tuum. Six.*
- Com. cas. 40 Fac nobis deos, qui præcedant nos:
Moyses enim hic, qui eduxit nos de

¹ κρατοῦντος—τὸν Πέτρον, etc.

² ὁ δὲ θεὸς ἐπεκατήγειλε.

terra Ægypti, nescimus quid factum sit ei. *Cl. Lov. G.*

30 *Moysi enim huic qui eduxit, etc. Six.*
MS. Q.

Com. 43 Transferam vos *trans* Babylonem. *Cl.*
Lov. G.

33 Vos *in* Babylonem. *Six.*

Com. 48 Sed non Excelsus in manu factis habitat, sicut *Propheta* dicit. *Cl. Lov. G.*

37 *Per prophetam* dicit. *Six.*

Detr. 55 Ecce video cœlos apertos, et filium hominis stantem à dextris Dei. *Cl.*
Lov. G.

44 A dextris *virtutis* Dei. *Six.*

CAP. 8.

Com. 11 Attendebant autem eum : propter quod multo tempore *magiis* suis dementasset eos. *Cl. G. S.*

10 *Magicis. Six. Lov. Artibus. 9. MS.*

CAP. 9.

Detr. et com. cas. 20 Continuò in *synagogis* prædicabat Jesus. *Cl. 8. MS. G. S.*

18 Continuò *ingressus in synagogas*, etc. *Six. Lov.*

Detr. 25 Accipientes autem eum discipuli nocte, per murum dimiserunt eum. *Cl. Lov. G.*

33 Discipuli *eius. Six. MS. Q.*

CAP. 12.

Com. 13 Pulsante autem eo ostium januæ, processit puella ad *audiendum. Cl. G.*
ib. *Videndum. Six. Lov.*

- Detr. 16 Cum autem aperuissent, viderunt eum,
et obstupuerunt. *Cl. Lov. G.*
- 16 Aperuissent *ostium. Six.*
CAP. 13.
- Detr. 6 Usque Paphum. *Cl.*
ib. Usque *ad. Six. Lov.*
CAP. 14.
- Detr. sen. 6 et 7 Confugerunt ad civitates Lycaoniæ
Lystram, et Derben, et universam in
circitu regionem, et ibi evangelizan-
tes erant. Et quidam vir Lystris in-
firmus pedibus sedebat. *Cl. Lov. G.*
- 5 et 6 Et ibi evangelizantes erant. *Et
commota est omnis multitudo in doc-
trina eorum. Paulus autem, et Bar-
nabas morabantur Lystris. Et qui-
dam vir, etc. Six. MS. B. R. Q.*
- CAP. 18.
- Com. cas. 15 Si vero quæstiones sunt de verbo, et
et detr. nominibus, *et lege vestra*, vos ipsi
videritis. *Cl. G.*
- 12 Et nominibus *legis vestræ. Six. Et
legis vestræ. Lov.*
- Com. 23 Perambulans ex ordine *Galaticam* re-
gionem. *Cl. Lov. G.*
- 19 *Galatiam. Six.*
- CAP. 19.
- Com. 1 Factum est—ut—inveniret quosdam
discipulos. Cl. Lov. G.
- ib. *De Discipulis. Six.*
- Detr. 11 Virtutesque non quaslibet faciebat Deus
per manum Pauli. *Cl. Lov. G.*
- 9 Virtutesque non *modicas* quaslibet. *Six.*

Detr. et 14 Erant autem *quidam* Judæi Sceuæ
com. cas. principis sacerdotum septem filii. *Cl.*
Lov. G.

11 Erant autem *cujusdam* Judæi *nomine*
Sceuæ, etc. *Six.*

CAP. 20.

Com. num. 14 Cum autem *convenisset* nos in Asson,
et pers. assumpto eo, venimus Mitylenen.
Cl. 1. MS. G. Invenisset. Lov.

12 *Convenissemus. Six.*

Detr. 20 Quomodo nihil subtraxerim utilium. *Cl.*
Lov. G.

15 Nihil subtraxerim *vobis. Six.*

CAP. 21.

Detr. 10 Supervenit quidam à Judæa propheta
Cl. Lov. G.

ib. Quidam *vir. Six.*

Com. 16 Adducentes secum apud quem hospita-
remur *Mnasonem*, quendam Cyprium.
Cl. MS. G. S.

15 *Iasonem. Six. Lov.*

CAP. 23.

Com. 29 Quem inveni accusari de quæstionibus
legis ipsorum, *nihil* verò dignum
morte aut vinculis habentem criminis.
Cl. Lov. G.

24 *Nullum* verò dignum, etc. *Six.*

CAP. 24.

Detr. sen. 18 et 19 Invenerunt me purificatum in tem-
plo : non cum turba, neque cum tu-

multu. Quidam autem ex Asia. *Cl.*
Lov. G.

11 Neque cum tumultu, *et apprehenderunt me clamantes, et dicentes: Tolle inimicum nostrum.* Quidam, etc. *Six.*
MS. Q.

CAP. 25.

Detr. 16 Locumque defendendi accipiat ad ablucenda crimina. *Cl. Lov. G.*
13 Crimina, *quæ ei objiciuntur.* *Six.*

CAP. 26.

Com. num. 16 Apparebo tibi, eripiens te de *populo*, et gentibus. *Cl. 2. MS. G. S.*
11 *Populis.* *Six.* *Lov.*

EPISTOLA AD ROMANOS.

CAP. 2.

Detr. 28 Non enim qui in manifesto, Judæus est:
neque quæ in manifesto, in carne, est circumcisio. *Cl. Lov. G.*

13 In carne *est*, est circumcisio. *Six.*

Detr. 29 Qui in abscondito, Judæus est. *Cl.*
Lov. G.

13 In abscondito *est.* *Six.*

CAP. 3.

Com. 25 Quem proposuit Deus *propitiationem*
per fidem in sanguine ipsius. *Cl.*
Lov.

14 *Propitiatorem.* *Six.*

CAP. 4.

- Detr. et com. 18 Sic erit semen tuum. Et non infirmatus est fide. *Cl. 1. MS. Ambr. S. G.*
 12 Semen tuum *sicut stellæ cœli, et arena maris.* Et non est infirmatus in fide. *Six. Lov. Infirmatus est. Lov.*

CAP. 6.

- Detr. 3 An ignoratis quia quicumque baptizatus sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus. *Cl. Lov. MS. G S.*
 3 Ignoratis *fratres.* *Six.*
 Com. 8 Vivemus cum Christo. *Cl. Lov.*
 - ib. *Illo. Six. G.*

CAP. 7.

- Com. pers. 4 Ut *fructificemus* Deo. *Cl. Lov. G.*
 4 *Fructificetis.* *Six. Fructificem.* *Lov.*
 Com. 19 Non enim quod volo bonum, hoc *facio:* sed quod *nolo* malum, hoc *ago.* *Cl. Lov. G.*
 18 Hoc *ago:* sed quod *odi* malum, illud *facio.* *Six.*

CAP. 8.

- Com. 30 Quos autem justificavit, illos et *glorificavit.* *Cl. Lov.*
 26 *Magnificavit.* *Six. 19. MS. Amb.*

CAP. 9.

- Detr. 1 Veritatem dico in Christo, non mentior. *Cl. Lov. G.*
 1 In Christo Jesu. *Six.*

CAP. 10.

- Detr. 21 Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, et contradicentem. *Cl. 6. MS. R. Amb. G. S.*
 19 Contradicentem *mihi*. *Six. Lov.*

CAP. 11.

- Detr. 9 David dicit: fiat mensa eorum in laqueum. *Cl. Lov. G.*
 7 Fiat mensa eorum *coram ipsis* in laqueum. *Six. MS. S.*
 Detr. 36 In ipso sunt omnia: ipsi gloria in sæcula. Amen. *Cl. Lov. G.*
 30 In sæcula *sæculorum*. Amen. *Six.*

CAP. 12.

- Com. cas. 10 *Charitate* fraternitatis invicem diligentes. *Cl. 4. MS. G. Q. N.*
 6 *Charitatem*. *Six. Lov.*
 Com. modi. 15 *Gaudere* cum gaudentibus, *fletere* cum flentibus. *Cl. Lov. G.*
 6 *Gaudete* cum gaudentibus, *flete* cum flentibus. *Six.*
-

EPISTOLA I. AD CORINTHIOS.

CAP. 1.

- Detr. 14 Gratias ago Deo, quod neminem vestrum baptizavi. *Cl. Lov. G.*
 9 Deo *meo*. *Six. MS. S.*

CAP. 2.

- Com. num. 9 Quod oculus non vidit, nec auris audit, nec in cor hominis *ascendit*. *Cl. Lov. G.*
 5 *Ascenderunt*. *Six.*

- Com. et 16 Quis enim cognovit sensum Domini,
detr. *qui instruat eum?* Cl. Lov. G.
- Detr. 9 Sensus Domini? *Aut quis instruxit
eum?* Six. MS. Q.
- CAP. 5.
- Detr. 5 Ego—judicavi—tradere hujusmodi sa-
tanæ in interitum carnis. Cl. Lov. G.
- Detr. et 3 Hujusmodi *hominem.* Six.
- com. 11 Si is, qui frater *nominatur, est* fornicator.
Cl. Lov. G.
- 8 *Nominatur inter vos.* Six.
- CAP. 8.
- Com. 1 *Sacrificantur.* Cl. Lov.
- ib. *Immolantur.* Six. G.
- Com. 10 Si enim quis viderit eum, qui habet
scientiam, in *idolio* recumbentem :
nonn econscientia ejus, cum sit in-
firma, ædificabitur. Cl. Lov. G.
- 9 *Idolo.* Six.
- Detr. 11 Peribit infirmus in tua *scientia* frater,
propter quem Christus mortuus est?
Cl. Lov. G.
- 10 *Conscientia.* Six. MS. Q.
- CAP. 10.
- Detr. 17 Quoniam unus panis, unum corpus multi-
sumus, omnes qui de uno pane par-
ticipamus. Cl. Lov. G.
- 11 De uno pane *et de uno calice.* Six. MS.
- Detr. 27 Si quis vocat vos infidelium, et vultis ire.
Cl. Lov. G.
- 20 Infidelium *ad cœnam.* Six. MS. Q.

CAP. 11.

Com. et 10 Ideo debet mulier *potestatem* habere
detr. supra caput propter Angelos. *Cl.*
Lov. *G.*

10 *Velamen supra caput suum.* *Six.* *MS.S.*
CAP. 14.

Com. 23 Nonne dicent *quòd* insanitis? *Cl.* *Lov.*
G.

21 *Quid.* *Six.* *MS.*

Com. num. 32 Spiritus prophetarum prophetis *subjecti sunt.* *Cl.* *Lov.*

28 *Subjectus est.* *Six.* *MS.* *Ambr.* *S.* *G.*

CAP. 15.

Com. temp. 11 *Prædicamus.* *Cl.* *Lov.* *G.*
4 *Prædicavimus.* *Six.*

Com. 31 Quotidie morior *per* vestram gloriam.
Cl. *Lov.* *G.*

20 *Propter.* *Six.* *MS.* *Q.* *N.*

CAP. 16.

Detr. 19 Salutant vos ecclesiæ Asiæ. *Cl.* *Lov.* *G.*
15 *Omnes* ecclesiæ. *Six.* *MS.* *S.*

EPISTOLA II. AD CORINTHIOS.

CAP. 1.

Addit. 6 Tribulamur pro vestra *exhortatione* et
salute. *Cl.* *Lov.* *G.*
4 Tribulamur pro vestra salute. *Six.*

- Addit. 6 Exhortamur pro vestra exhortatione *et salute* quæ, etc. *Cl. Lov. G.*
 4 Pro vestra exhortatione quæ, etc. *Six.*
 15. MS. *S. Ambr.* “Consolamus pro vestra exhortatione.” MS *Q. N.*
- Detr. et com. gen. 11 Ut ex *multorum* personis, ejus quæ in nobis est donationis, per multos gratiæ agantur pro nobis. *Cl. G.*
 6 Ut ex *multarum* personis *facierum* ejus, etc. *Six. Lov.*
- Detr. 18 Fidelis autem Deus, quia sermo noster, qui fuit apud vos, non est in illo **EST**, et **NON**. Dei enim filius. *Cl. Lov. G.*
 11 Non est in illo **EST** et **NON**: *sed est in illo EST*. Dei enim filius. *Six.*
- CAP. 2.
- Detr. 9 Scripsi, ut cognoscam experimentum vestrum. *Cl. Lov. G.*
 8 Scripsi *vobis*. *Six.*
- CAP. 3.
- Detr. 9 Ministratio damnationis gloria est. *Cl.*
 8. MS. *Ambr. G. S.*
 5 *In gloria est.* *Six. Lov.*
- CAP. 4.
- Detr. sen. 8 In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: aporiamur, sed non destituimur: persecutionem patimur, sed non derelinquimur: dejicimur, sed non perimus. *Cl. Lov. G.*
 5 Sed non derelinquimur: *humiliamur, sed non confundimur*: dejicimur, etc. *Six. MS.*

CAP. 8.

- Detr. 18 Misimus etiam cum illo fratrem, cuius laus est in Evangelio. *Cl. Lov. G.*
 10 Fratrem *nostrum*. *Six.*
- Detr. 20 Devitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, quæ ministratur à nobis. *Cl. Lov. G.*
 10 A nobis *ad Domini gloriam*. *Six.*
- Com. cas. 23 Fratres nostri, Apostoli Ecclesiarum, *gloriæ Christi*. *Cl. 2. MS. G.*
 11 *Gloria*. *Six.* *Lov.*

CAP. 11.

- Com. num. 6 Etsi imperitus sermone, sed non scientia, in omnibus autem *manifestati sumus* vobis. *Cl. Lov. G.*
 5 *Manifestus sum*. *Six.*

CAP. 12.

- Com. 11 Nihil enim minus *fui* ab iis, qui sunt supra modum Apostoli. *Cl. Lov. G.*
 9 *Feci*. *Six.* *MS. R. Ambr. Q. N.*
-

EPISTOLA AD GALATAS.

CAP. 3.

- Detr. 12 Lex autem non est ex fide, sed, Qui fecerit ea, vivet in illis. *Cl. Lov.*
 10 Fecerit ea *homo* vivet. *Six. G.*
- Com. num. 19 Quid igitur lex? propter *transgressiones* posita est. *Cl. Lov. G.*
 16 *Transgressionem*. *Six.* *MS. S.*

CAP. 4.

- Detr. 6 Quoniam autem estis filii, misit Deus
 Spiritum filii sui. *Cl. Lov. G.*
3 Filii *Dei. Six. MS. Hier.*
11 Timeo *vos*, ne fortè sine causa labora-
 verim in vobis. *Cl. Lov. G.*
7 Timeo ne fortè, etc. *Six.*

CAP. 5.

- Detr. 7 Currebatis benè: quis vos impedivit
 veritati non obedire? persuasio hæc
 non est ex eo, qui vocat vos. *Cl.*
MS. G.
ib. Non obedire? *nemini consenseritis.* Per-
 suasio hæc, etc. *Six. Q. N.* Persua-
 sio non est, etc. *Lov.*
Detr. 16 Dico autem: Spiritu ambulate. *Cl.*
 Lov. G.
16 Dico autem *in Christo. Six.*

EPISTOLA AD EPHESIOS.

CAP. 1.

- Com. 15 Audiens fidem vestram, quæ est in *Do-*
 mino Jesu. *Cl. Lov. G.*
5 In *Christo* Jesu. *Six. MS. Q. Syri*
 habent; “*in Domino nostro Jesu*
 Christo”.

CAP. 2.

- Detr. 1 Et vos, cum essetis mortui delictis. *Cl.*
 Lov. G.
ib. Et vos *convivificavit. Six. MS. Q.*

EPISTOLA AD PHILIPPENSES.

CAP. 3.

- Detr. 21 Reformabit corpus humilitatis nostræ,—
secundum operationem. *Cl. Lov. G.*
10 Operationem *virtutis suæ*. *Six.*

CAP. 4.

Detr. 18 Misistis odorem suavitatis. *Cl. Lov. G.*
14 Misistis *in* odorem. *Six.*

EPISTOLA AD COLOSSENSES.

CAP. 1.

- Detr. 12 Gratias agentes Deo Patri. *Cl.* 19. MS.
Amb. G. Q.
- Detr. et 2 Deo *et* patri. *Six.* Lov.¹
- addit. 14 In quo habemus redemptionem *per*
sanguinem ejus, remissionem peccatorum. *Cl.* G. Redemptionem, remissionem. Lov.
- 2 Redemptionem *et* remissionem, etc. *Six.*
 MS. S.
- Com. cas. 25 Minister secundum dispensationem Dei,
 quæ data est mihi in *vos*. *Cl.* 2.
 MS. *Ambr.* G.
- 5 *Vobis.* *Six.* Lov.

CAP. 3.

- Detr. 10 Renovatur in agnitionem secundum
 imaginem ejus, qui creavit illum. *Cl.*
 Lov. G.
- 5 Agnitionem *Dei.* *Six.* MS.
- Detr. 11 Ubi non est Gentilis, et Judæus. *Cl.*
 Lov. G.
- 5 *Ubi non est masculus, et fæmina,* Gen-
 tilis, etc. *Six.* MS.

CAP. 4.

- Com. cas. 17 Eam, quæ Laodicensium est, *vos legatis.*
 et voc. *Cl.* Lov. G.
- 11 *Vobis legatur.* *Six.* MS. Q.

¹ εὐχαριστοῦντες τῷ πατρὶ. G.

- Detr. 18 Gratia vobiscum. Amen. *Cl. Lov. G.*
 ib. Gratia *Domini nostri Jesu Christi* vo-
 biscum. Amen. *Six. MS. Q.*
-

EPIST. I. AD THESSALONICENSES.

CAP. 1.

- Detr. 1 Paulus — Ecclesiæ Thessalonicensium,
 in Deo Patre, et Domino Jesu Christo.
 Cl. Lov. G.

ib. Patre *nostro* et, etc. *Six.*

CAP. 2.

- Detr. 1 Ante passi, et contumeliis affecti. *Cl.*
 Lov. G.

ib. Passi *multa*, etc. *Six.*

EPIST. II. AD THESSALONICENSES.

CAP. 1.

- Detr. 11 Impleat omnem voluntatem bonitatis.
 Cl. Lov. G.

4 Bonitatis *sueæ*. *Six. MS. Q.*

CAP. 3.

- Com. 16 *Dominus pacis*. *Cl. Lov. G.*
 13 *Deus*. *Six.*

EPISTOLA I. AD TIMOTHEUM.

CAP. 1.

Com. num. 8 et 9 Scimus autem quia bona est lex, si quis ea legitimè utatur : *sciens* hoc quia lex justo non est posita. *Cl.* Lov. G.

5 *Quia—scientes. Six.*

CAP. 2.

Detr. 6 Dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, testimonium temporibus suis. *Cl.* 14. MS. G. S.

2 *Cujus* testimonium, etc. *Six.* Lov.

CAP. 3.

Com. 2 Oportet *ergo.* *Cl.* Lov. G.

2 *Enim. Six.*

Detr. 14 Hæc tibi scribo, sperans me ad te venire cito. *Cl.* Lov. G.

11 Scribo *fili Timothee.* *Six.* MS. Q.

CAP. 5.

Com. 15 Quædam conversæ sunt *retro*¹ satanam.
Cl. Lov.

10 *Post. Six.*

Com. cas. 24 Quorundam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad judicium : *quos-dam* autem et subsequuntur. *Cl.* Lov. 4. MS. R. *Amb.* G.

19 *Quorundam* autem, etc. *Six.* *Quosdam* autem subsequuntur. Lov.

¹ ὀπίσω τοῦ Σατανᾶ. G.

EPISTOLA II. AD TIMOTHEUM.

CAP. 1.

- Detr. 3 *Gratias ago, Deo cui servio.* *Cl.* *Lov.* *G.*
 2 *Deo meo.* *Six.* *MS.*
- Com. 15 *Phigellus.* *Cl.* *Ed.* 1593. *5.* *MS.* *R.*
 G. *Q.* *N.* *Phigelus.* *Cl.* *Ed.* 1593.
 Lov.
- 9 *Philetus.* *Six.*

CAP. 2.

- Com. temp. 5 *Coronatur.* *Cl.* *Lov.* *G.*
 4 *Coronabitur.* *Six.*
- Com. 19 *Discedat ab iniuitate omnis, qui nomi-*
 *nat nomen Domini.*¹ *Cl.* *Lov.*
- 12 *Invocat.* *Six.*

CAP. 4.

- Com. cas. 11 *Est enim mihi utilis in ministerium.* *Cl.*
 Lov. *G.*
- 8 *Ministerio.* *MS.* *Q.*
-

EPISTOLA AD TITUM.

CAP. 1.

- Detr. 7 et 8 *Oportet enim Episcopum esse—hos-*
 pitalem, benignum, sobrium,² justum.
 Cl. *Lov.* *G.*
- 4 *Benignum, prudentem, sobrium, justum.*
 Six. 17. *MS.* *R.* *Q.* *N.*

¹ τὸ ὄνομα Χριστοῦ² σώφρονα.

EPISTOLA AD PHILEMONEM.

- Com. 19 *Ita frater.* *Cl.* *Lov.* *G.*
 8 *Facies.* *Six.*
- Com. 20 *Domino.* *Cl.* *Lov.* *G.*
 8 *Christo.* *Six.* *MS.* *Hier.* *G.* *Q.* *S.*
-

EPISTOLA AD HEBRÆOS.

CAP. 3.

- Detr. 2 *Fidelis est ei, qui fecit illum.* *Cl.* *Lov.* *G.*
 1 *Præfecit.* *Six.*
- Detr. 19 *Non potuerunt introire propter incredulitatem.* *Cl.* *Lov.* *G.*
- 12 *Introire in requiem ipsius propter, etc.*
 Six. *MS.* *Q.*

CAP. 4.

- Contr. 1 *Existimetur aliquis ex vobis deesse.* *Cl.*
 Lov. *G.*
 ib. *Nobis.* *Six.*

- Com. 3 *Sicut juravi in ira mea.* *Cl.* *Lov.* *G.*
 ib. *Quibus.* *Six.*

- Detr. 14 *Teneamus confessionem.* *Cl.* *Lov.* *G.*
 12 *Teneamus spei nostræ confessionem.*
 Six.

CAP. 5.

- Contr. 11 *Grandis sermo, et ininterpretabilis ad dicendum.* *Cl.* 10. *MS.* *R.* *G.* *S.*
 Q. *N.*
- 6 *Interpretabilis.* *Six.*

CAP. 6.

- Detr. 10 Non enim injustus Deus. *Cl. Lov. G.*
 6 Injustus *est*, Deus. *Six.*

CAP. 7.

- Detr. 23 Facti sunt sacerdotes. *Cl. Lov. G.*
 16 Sacerdotes *secundum legem*. *Six.*

- Com. num. 25 Salvare in perpetuum potest *accedentes*
 per semetipsum ad Deum. *Cl. 13.*
MS. R. G. S. Q. N.

17 *Accedens. Six. Lov.*

CAP. 9.

- Detr. 28 Sine peccato apparebit expectantibus
 se, in salutem. *Cl. Lov. G.*
 14 *Omnibus* expectantibus. *Six.*

CAP. 10.

- Com. 16 *Dando* leges meas in cordibus eorum.
Cl. Lov. G.
 8 *Dabo. Six. MS. Haymo. S.*

CAP. 11.

- Com. cas. 11 Fide et ipsa Sara sterilis virtutem in
conceptionem seminis accepit. *Cl. G.*
 11 *Conceptione. Six. Lov.*

- Com. 17 Unigenitum offerebat, *qui* susceperat
 repromotiones. *Cl. Lov. G.*
 16 *In quo. Six. MS. Q. B.*

CAP. 12.

- Com. 18 Non enim accessistis ad tractabilem
 montem, et *accensibilem* ignem, et
 turbinem. *Cl. 4. MS. R. G. S.*
 14 *Accessibilem. Six. Lov.*
-

EPISTOLA CATHOLICA B. JACOBI.

CAP. 1.

Com. cas. 25 Qui autem perspexerit in *legem perfectam* libertatis, et permanserit in ea, —beatus in facto suo erit. *Cl. 1.*
 MS. G. S.

20 *Lege perfectæ*, etc. *Six. Lov.*

CAP. 2.

Com. temp. 13 *Fecit. Cl. Lov.*
 - 10 *Facit. Six. Fecerit. 2. MS. G.*

CAP. 3.

Detr. 9 In ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt. *Cl. Lov. G.*
 8 Ad *imaginem*, et similitudinem, etc.
Six.

CAP. 4.

Addit. 1 Unde bella, et lites in vobis? Nonne *hinc?* ex concupiscentiis vestris? *Cl. Lov. G.*

ib. Nonne ex concupiscentiis, etc. *Six.*

Detr. 11 Nolite detrahere alterutrum fratres. *Cl. 6. MS. G.*

ib. Fratres *mei. Six. Lov.*

CAP. 5.

Com. 6 *Addixistis*, et occidistis justum *Cl. 6. MS. G. S. Q. N.*
 ib. *Adduxistis. Six. Lov.*

Interp. var. 13 Tristatur aliquis vestrūm? *oret: Aequo animo est? Psallat. Cl. Lov. G.*

et detr. 15 Tristatur *autem* (MS. Q.) aliquis vestrūm: *oret æquo animo, et psallat. Six.*

EPISTOLA I. PETRI.

CAP. 1.

Com. cas. 25 Hoc est autem verbum, quod evangeli-
zatum est in *vos*. *Cl. I. MS. R. G.*
ib. *Vobis. Six. Lov.*

CAP. 2.

Com. 20 Quæ enim est *gloria*, si peccantes, et
colaphizati suffertis. *Cl. Lov. G.*
11 *Gratia. Six. MS. Q.*

CAP. 4.

Detr. 3 Ambulaverunt—in commessionibus,
potationibus, et illicitis idolorum cul-
tibus. *Cl. Lov. G.*

3 Potationibus, *ebrietatibus* et illicitis.
Six.

CAP. 5.

Com. 13 Ecclesia, quæ est in Babylone *coëlecta*.
Cl. Lov. G.
9 *Collecta. Six.*

EPISTOLA II. PETRI.

CAP. 1.

- Detr. 15 Dabo autem operam—ut horum memoria faciat. *Cl. Lov. G.*
 10 Horum *omnium*. *Six.*
- Contr. 16 Non enim *doctas* fabulas secuti. *Cl. 3.*
 MS. Q. N. G.
 11 *Indoctas*. *Six.* *Lov.*

CAP. 3.

- Com. 13 Novos vero cœlos, et novam terram *secundum* promissa ipsius expectantes.
Cl. Lov. G.
 8 Terram, *et* promissa, etc. *Six.*
-

EPISTOLA I. JOANNIS.

CAP. 2.

- Com. 4 Qui dicit se nosse *eum*, et mandata ejus non custodit, mendax est. *Cl. Lov. G.*
 3 *Deum*. *Six.* MS. Q.

CAP. 4.

- Detr. 13 De spiritu suo dedit nobis. *Cl. Lov. G.*
 14 Spiritu *sancto* suo. *Six.*
-

EPISTOLA II. JOANNIS.

Detr. sen. 11 et 12 Qui enim dicit illi AVE, communicat operibus ejus malignis. Plura habens vobis scribere, nolui. *Cl. Lov. G.*

11 et 12 Ejus malignis. *Ecce prædixi vobis, ut in die Domini non confundamini:* plura habens, etc. *Six. MS.*

APOCALYPSIS JOANNIS.

CAP. 2.

Detr. 4 Habeo adversum te, quod charitatem tuam primam reliquisti. *Cl. 9. MS.*
Pr. G.

2 Adversum te *pauca.* *Six. Lov.*

Com. temp. 5 *Venio.* *Cl. Lov. G.*
3 *Veniam.* *Six.*

Com. temp. 22 *Mittam.* *Cl. Lov.*
16 *Mitto.* *Six. 1. MS. R. Pr. G.*

CAP. 3.

Addit. 17 Quia dicis : *quòd* dives sum. *Cl. Lov. G.*
13 Quia dicis : dives, etc. *Six.*

CAP. 4.

Detr. 1 Ostendam tibi quæ oportet fieri post hæc. *Cl.*
ib. Fieri *cito.* *Six. 7. MS. Pr. R. G. Lov.*

CAP. 6.

- Detr. 6 Bilibris tritici denario, et tres bilibres
hordei denario. *Cl. Lov. G.*
6 Denario *uno. Six.*

CAP. 8.

- Detr. et 5 Accepit Angelus *thuribulum*, et imple-
com. vit illud. *Cl. Lov. G.*
ib. *Turibulum aureum. Six. MS. Q.*

CAP. 11.

- Com. 2 Atrium autem quod est *foris* templum,
ejice foras, et ne metiaris illud. *Cl.*
Lov. G.
1 Quod est *infra* templum. *Six.*

- Com. gen. 4 *Stantes. Cl. Lov. G.*
2 *Stantia. Six.*

- Detr. 17 Gratias agimus tibi Domine Deus om-
nipotens. *Cl. Lov. G.*

- 12 Domine Deus *noster* omnipotens. *Six.*

- Detr. 19 Facta sunt fulgura, et voces, et terræ-
motus, et grando magna. *Cl. Lov.*
ib. Voces, et *tonitrua*, et terræ motus.
Six. G.

CAP. 14.

- Com. 16 *Demessa est terra. Cl. Lov. G.*
12 *Demessuit eam. Six.*

CAP. 15.

- Detr. 3 Justæ et veræ sunt viæ tuæ Rex, sæcu-
lorum. *Cl. Lov. Sanctorum. 2. MS.*
G. Q. Q. N.
2 Viæ tuæ *Domine, Rex sæculorum. Six.*

CAP. 16.

- Detr. 2 Abiit primus, et effudit phialam suam
in terram. *Cl. Lov. G.*
- 2 Primus *Angelus*. *Six. MS. Q.*
- Detr. 2 Factum est vulnus sævum—in homines
—qui adoraverunt imaginem ejus.
Cl. Lov. G.
- 2 Adoraverunt *bestiam*, et imaginem ejus.
Six.
- Detr. 4 Et tertius *effudit* phialam suam. *Cl.*
Ed. 1593. Ed. 1592. effugit. Lov.
- 2 Tertius *Angelus*. *Six. G.*
- Addit. 7 Audivi alterum *ab altari* dicentem.
Cl. G.
- 6 Alterum dicentem. *Six. Lov.*
- Detr. 13 Vidi de ore—pseudoprophetæ spiritus
tres immundos. *Cl. Lov. G.*
- 10 Pseudoprophetæ *exire*. *Six. MS. Pr.*
- CAP. 18.
- Detr. 6 In poculo, quo miscuit, miscete illi du-
plum. *Cl. Lov. G.*
- 5 Miscuit *vobis*. *Six.*
- Com. 13 Cinnamomum et odoramentorum. *Cl.*
Lov. Pr. Q. N.
- 9 Cinnamomum, et *amomum*, et odora-
mentorum. *Six.*
- CAP. 19.
- Com. 1 *Salus*, et gloria, et virtus Deo nostro
est. *Cl. R. G. Q. N.*
- ib. *Laus*, etc. *Six. Lov.*

Com. temp. 13 *Vocatur. Cl. Lov. G.*
12 *Vocabatur. Six. MS.*

CAP. 21.

Com. temp. 23 Claritas Dei *illuminavit eam. Cl. Lov.*
G.

19 *Illuminabit. Six. MS. Q.*
CAP. 22.

Com. 1 *Ostendit mihi fluvium aquæ vitæ. Cl*
MS. R. Pr. G.
ib. *Vivæ. Six. Lov.*

APPENDIX AD LECTOREM.

QUID à me jam præstitum sit in hoc libello, prudens et Christiane Lector, non est meum pluribus dicere, judicent alii; at non nisi lecto hoc opusculo, et instituta diligent locorum et librorum collatione; ne mihi, et causæ huic præjudicent. Ut, ut est, ne raperent me in invidiam homines maligni, maledici, quorum jam plenus est mundus, iteravi labores meos, et nunc etiam inter operas Typographicas, adjutus à nullo, visitavi iterum tertioque loca omnia, in quibus codices inter se variare antehac animadversum est, propositis ante oculos meos, utriusque editionis Bibliis. Biblia in quarto, ex editione Romana anno 1593 quibus prius utebar in compositione hujus libri, apud Bibliopolas diu quæsita, non inveni: et inveni tamen ejusdem generis Biblia edita Antuerpiæ in octavo anno 1599 quæ ubique prostant; ea jam in his secundis animadversionibus, sequor, quod te scire volui, ut intelligas, si quando (quod perraro accidit et sub verbo fortè notatum est) codices inter se consentire videantur, ea (nisi vehementer fallant me mei oculi,) haberi eo modo et iisdem verbis quibus à me citantur apud Clementem in illa priore editione. Quæ cum instituta sit ab eodem, jussu Sixti (ut ipse dicit sed falsissimè in titulo libri) ut non pauca preli vitia emendaret, quæ Sextum, Rocham, aliósque viros doctissimos præterierant, quibus unum hoc curæ fuit, ut Bibilia quam

emendatissimè cuderentur ; ille, idem, Pontifex optimus, maximus, in illis, ipsis Bibliis habet multa loca in quibus à Typographis manifesto erratum sit : errata vero neque in textu neque in fine libri (quod magis frequens est) corrigitur. At Sextus in omnibus exemplaribus quæ ad manus meas venerunt, correxit multa calamo, vel sua ipsius manu vel aliorum (ut ipse testatur) in Præfatione sua, et in Indice quodam ea omnia collegimus in unum, et notavimus. Hoc in Clemente fortasse apud aliquos mereatur reprehensionem aliquam ; at illud sine dubio apud omnes laudem non vulgarem, quod tot loca in vulgata editione post tot Pontificum et annorum intervalla, vindicaverit in libertatem, revocaverit ad fontes, correxerit ad fidem codicum tam Græcorum quam Hebraicorum : verum supersunt adhuc multò plura corrigenda. Veluti illud Ge. 3. ubi legitur, ipsa pro ipse, et decem ad minus sententiæ temere insertæ in uno libro Proverbiorum Salomonis expungendæ præter decem millia verborum in utroque Instrumento, quæ differre quantum ad sensum à Græcis et Hebræis fontibus Chaldaicoque Paraphraste observatum est, et annotatum jampridem à Lovaniensibus in notis marginalibus. Hæc omnia quoniam jam tandem aliquando sine timore ab erroribus et receptis editionibus tantum recedant ultiro pontifices Romani (quam rem quam in partem accepturi sint viri docti, qui contrarium semper docuerunt verbo et factis planè nescio) magna spes est, futurum ut brevi habeant populi Christiani jussu ipsum, primò Biblia Sacrosancta, deinde opera Sanctorum Patrum (in quibus cardines omnium questionum vertuntur) pura puta, purgata ab innumeris erroribus, et emendata ad verbum, et ad literam. Oportet ut sint scandala in hoc mundo (dicit

Spiritus sanctus) et ecclesia quamdiu militans in hac terra (ut saepe Augustinus) non est sine macula et ruga. Quid igitur fiet de nobis, si fontes habeamus ab iis vel corruptos, ut servi Jacob, vel penitus interclusos, ut Judæi. Certè, certè, fieri non potest ut controversiæ quarum movendarum sicut librorum scribendorum nullus est finis, quietè ac pacificè pro bono totius ecclesiæ terminentur; cum aliud hi, aliud illi, et neutri quod verum est proferunt, ex mendosis codicibus decepti. Deus misericors, omnipotens Pater, summe Pastor, reduc jam filios tuos, sicut oves errantes in hac valle tenebrarum ad viam veritatis: tu qui es via, veritas et vita hoc nobis clementer concede, quæsumus; ut ea simul agnita cognitaque, te Deum Patrem et Dominum nostrum Jesum Christum, omnes, unanimes, glorificemus: quibus cum Spiritu sancto, sit omnis laus, honor, et gloria, et nunc et in secula seculorum. *Amen.*

T. JAMES BENEVOLO LECTORI. S. P. D.

ERRARE possum, corrigi volo: magna est in mendis admittendis facilitas, præsertim cum de numeris agatur; his crebrò idque necessario usi sumus, propter differentes *Sixti Quinti* et *Clementis* Bibliorum editiones circa versus. Quæ res magnas mihi molestias peperit in secundis Collationibus: peperit, sed ego has et multò graviores, Deo bene juvante, feliciter devoravi. Errores si quis comiter mihi monstraverit, erit mihi longè gratissimum; confitebor, et quā potero emendabo. Vale, et mihi salutis tuæ neglectis interdum privatis rebus meis studiosissimo, animo aut lingua saltem fave.—24. Maii. A. D. 1600.

FINIS.

In the Press, and Shortly will be Published,

A NEW EDITION OF

JAMES' TREATISE

OF THE

CORRUPTION OF SCRIPTURE,

COUNCILS, AND FATHERS,

By the Prelates, Pastors, and Pillars of the Church of Rome,

FOR THE

MAINTENANCE OF POPERY, &c.

BY THE

REV. JOHN EDMUND COX, M.A.


OF ALL SOULS' COLLEGE, OXFORD,


AND PERPETUAL CURATE OF ALDEBY, NORFOLK.



LONDON : HAMILTON, ADAMS, & Co.

NORWICH : MUSKETT.—OXFORD : ABRAMS.





BS85 .J29

Bellum papale, sive, Concordia discors

Princeton Theological Seminary-Speer Library



1 1012 00010 7898